BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 D
14

Digitized by Google

A VIII c 213 f 3a

Digitized by Google

GYNAECEIVM

HERMANNI CORBEI, MED. DOCTORIS, POLIATRI IN LIB. IMP. REpub. Tremonienſi ordinarij.

SIVE

DE COGNOSCENDIS,

præcauendis, curandisq; præcipuis mulierum affectibus,

LIBRI DVO.

QVORVM PRIOR, AFFECTVS OMNIBVS mulieribus communes; Poſterior, qui cujusq; ſorti ſunt proprij, proponit.

Methodo facili & perſpicua plurimumq; expetita, ex veterum neotericorumq; monumentis deſcripti, nec non proprijs obſeruationibus ac remedijs multis referti.

Adjecta eſt in calce Quæſtio non minùs Iuris quam Naturæ-Conſultis, ſcitu vtilis & neceſſaria, De vulneribus lethalibus & non lethalibus, &c.



M. D. CXX.

Francofurti, Sumptibus Hæred. D. Palthenij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

12.17 D.14

Digitized by Google

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,

AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS, SPECTATISSIMIS, PRVDENTiſſimisque Viris, Dominis Conſulibus, Magiſtris Equitum, Camerariis, & cæteris, liberæ Imperialis Reipublicæ TREMONIENSIS, Senatoribus, Adſeſſoribus, & Triumviris, Dominis, Fautoribus, & Amicis ſuis perpetuâ obſeruantiâ colendis,

HERMANNVS CORBEJVS D.

εὐδαιμονέστατα διάγειν.

PLATO aliquando expendens ſecundam valetudiuem ſiue ſanitatẽ, quod eſſet bonum omnibus aliis bonis præferendum, non inconſideraté, ſed ſapienter admo-

dū in hæc erupit verba: ὐκ ὑγιείας κρεῖττον ὐδὲν ἐν βίω. Quid enim ſanitate proſpera melius? quid optabilius? quid præſtabilius? certé, excepta vnica animæ noſtræ ſalute, nihil. Vt enim corporis firma conſtitutione nulla fortunæ ampliores: ſic imbecilla & labante illa nihil laborioſius, nihil calamitoſius. Sine ſanitate nec Rex, nec ſubditus, nec peritus, nec imperitus, nec quiſquam ſuo officio cōmodé fungi poteſt. Hanc autem cum veri & in legitimo thoro medico prognati Philiatri cōſeruare, tueriq́; ac pro ea cum ipſa morte, dicente Gregorio Nyſſeno, quaſi colluctari decertareq́; ſtudeat, quo mortales à crudeliſsimis morbis vindicent: quo pacto non eſſent ſum-

ſummis honoribus & præmiis condecorandi, & quiuis merito, cui ſanitas curæ eſt, eorũ obſequium & amicitiam ſibi conciliare deberet, vtpote qui ſecundum ſacrarum literarum quoq; doctrinam, ab Altiſsimo in humani generis tutelam ſint creati? Ii ſunt, qui reſtituunt illas opes, per quas quoque nec animi, nec fortunæ bona aut acquiri aut conſeruari poſſunt. Hoc cum Antonius Pius Imperator cognitum haberet, prudenter mandauit Metropolitanis vrbibus, vt decem Medicos, mediocribus vt ſeptem, minimis vt quinque ex ærario alerent, quo eo cõmodius hominum valetudo conſeruari, & contra imminentes morborũ procellas

defendi poſſent. Auguſtus quoque & alii Imperatores, qui eũ ſequuti ſunt, toti Medicorum ordini, immunitates multas præ aliis multis conceſſerunt, quod ſicut Vlpianus refert, ſalutis hominum curã agerent. Multa huius rei adhuc extant in Iure monumenta; vt Tit. de Profeſſoribus & Medicis, Tit. de Comitibus & Archiatris. Norunt id etiã Perſarum Monarchæ potentiſsimi, qui cum ſe Medicinæ peritis indigere viderent, tanta cura & auiditate eos à Græcis expetiuerunt, vt etiã eis quantum auri & argenti abundé vellent, & æqualem cum Perſarum optimatibus honorẽ obtulerint. In ſumma Priſci non tantum Medicos ſummis

mis muneribus & honorib. cumulatiſsime affecerunt; ſed etiam eos quaſi pro Numine venerati ſunt. Jam vero quod his temporibus in pari pretio, honore & dignitate Medici non habeantur, qua olim habiti fuerunt, fit ob pſeudomedicorum plurimorū errores, circumventiones, impoſturas, nequitias inueteratorias, & atrociſsima, quæ ſub Medicinæ cœlitus datæ prætextu committunt, ſcelera. Pudet dicere, quantopere ab illis ſceleſtis & maleferiatis hominibus Medicina, diuinum Dei donum, profanetur, & fœdé conſpurcetur. Res proh dolor eo venit, vt fere omnes flagitioſi, liguritores ad reſtim redacti, ex arte myrepſica alimoniā

quærentes, in ſacram Medicinam turmatim irrumpant, eiusq; pro-feßionem ſibi attribuant. Abominabilis huius ataxiæ cauſam vnicã putat C. Plinius Secundus eſſe, quod nulla adhuc lex, quæ capitalem Medicorum inſcitiam puniat, lata ſit, nullumq́; vindictæ exemplũ extet. Hinc non malé colligit, Pſeudomeſticos periculis ægrorũ medicinam addiſcere, & per mortes experimenta agere. Et certe ſi verũ fateri volumus, pſeudomedicis tantũ hoĩes occidiſſe ſumma eſt impunitas. Quinimo tranſit cõuitium & intemperãtia ægri vel morbi malignitas culpatur. Hac impunitate freti Stentorii circulatores, crumenimulgi agyrtæ, vulgares barbitõſores.

ſores, balneatores, pharmacopœi a-uari, clyſteriferi, vromãtes, q ex lotio velut vatidicæ ex criſtallo anus de ægrotantis ſalute vel exitio, tanquam ex Delphica Apollinis tripode, vaticinantur & diuinant, quemadmodum & experimẽtatores empyrici, theriacarij, ſacrilegæ, anus, paſtores ſuperſtitioſi de ouis magis quam ouibus ſolliciti, æditui malé feriati, perfidi Iudæi, aruſpices, cabaliſtæ, & carnifices, qui omnes liberè Medicinam exercent, & per fas & nefas ab afflictis ægris pecuniã extorquẽt, ſimpliciorumq; ac pauperum medullam & ſanguinẽ abſorbent. His ſuccenturiantur Pſeudochymiſtæ ſiue cacochymici, qui ſat pomposis & ſeſquipedalibus

verbis ſibi ſolis clauem ſcientiæ & medicamentorum præſtantiſſimorum præparationem arrogant, & quo ea maioris æſtimentur a plebecula, ſpecioſis titulis ebuccinant, (de quibus titulis Lactantius ait: quod remedia, pixides vero venenum habeant) & ſi communicant, tanquam precioſiſſimum theſaurum conſeruare iubent, cum tamen ij, qui illis vti cœperunt, percipiant, ſe nihil præter inanes fumos, & ipſa venena ab ipſis accepiſſe, indeque corporis ſui vires non leuiter labefactatas. Eiuſdem farinæ ſunt qui has technas adhibent, vt credulum vulgus ad ſe allicere queãt, medicamẽtorum nonnullorum deſcriptiones hinc inde ex probatis

autoribus deſumptas, ſecreta & arcana nulli reuelanda vocitant; & mira oſtentatione verborumq; lenocinio prædicant, ſe ea ſecreta a Magnatibus, a Medicis diuturna experientia clariſsimis, a Monachis & aliis, multis partim precibus, partim pretio non exiguo redemiſſe. Non poſſunt omnes modi enarrari, quibus id perditorum hominum genus, è fæce ſceleratorum conflatum, humano generi doloſe & malitioſe imponat, idque eo audacius, quod ſciat ſtultam plebeculam facile irretiri & decipi poſſe. Nullo enim modo nouit, qua ratione inter doctum & indoctum Medicum diſtinguere debeat, ſed perſuaſum ſibi habet; artem medicam

cam

cam vniuerſim in experimentis cõſiſtere, quæ tam docti quam indocti ſibi comparare poſſint. Sed quantopere in hoc erret, intelligit is, cui perſpectum eſt, quid Medicina in receſſu contineat, quodque ſit immenſum pelagus, quod non facile enauigari poſſit. Proponit enim totam naturæ contemplationem, rerum cunctarum ortus & occaſus, fabricæ noſtræ cognitionem, morborum plurium perplexitatem, cauſarum morbificarum obſcuras vires, remediorum cognoſcendorum ſyluas, eorundemq́; recta methodo adhibendorum ſcientiam, & vt compendio dicam, omnium, quæ Mundus cõplexu ſuo cõprehendit, naturam atq; vires ſolerter inquirit,

rit, eaq; demum ad vnius hominis (cuius præcipua illi cura eſt) commoda ſalutemq; refert. Quod etiã ſummus noſter dictator Hippocrates innuere voluit, dum artẽ medicam, reſpectu noſtræ vitæ, longã & ob id difficulter comprehenſibilem pronuntiat. In hac ampliſſima arte quamuis doctiſſimi Medici quotidie deſudent, tamen ob præceptorũ, quæ in ea continentur, amplitudinem, & diuitem rerum copiam vix quempiã inuenias, qui ad abſolutã & ſummam eius perfectionẽ peruenire poſſit. Nullo v. modo ꝓpterea genuini Philiatri, qui de Republ. hoĩumq; ſalute benemereri ſatagũt, neq; ob artis difficultatem & longitudinem, neque Pſeudomedicorum

qui

qui adeo fœde nobile id Dei donum contaminant malitiam, deterrentur, ſed potius nocte dieq́ deſudant, nullis laboribus & ſumptibus parcunt, eoq́ neruos dirigunt omnes, vt ſolidi quid & certi, quantum in hac vita fieri poteſt, ex arte acquirant, quo miſero hominum generi opitulari, ſanitatem iniegram conſeruare, eamq́ labefactatam reſtituere, ac morbos tam varios & multos propellere poßint. Hoc igitur cum & ego, ab eo tempore, quo animum ſtudio medico applicare cœpi, mihi propoſitum habui, non ſatis eſſe duxi, in Academiis diligenter Profeſſores docentes audiendo, Diſputationes in publicis & priuatis Collegiis inſtituendo, ana-

tomi

tomica, botanica, chymica, & alia exercitia medica exercendo, fundamentum & theoriam artis acquiſiuiſſe, ſed poſtea requiri vlterius, ea quæ ſic acquiſita ſunt, per aſsiduam meditationem & diligentem probatorum Authorum lectionem confirmando, in praxi ad vſum & ſalutem ægrotantium adhibere. Quod dum præſtare annitor, & omne tempus quod praxi meæ ſurripere conceditur, in reuoluendis probatis Autoribus, & eis, quæ in praxi occurrunt obſeruatione digna, ac ab aliis non ſatis animaduerſa, annotandis, aliisq; rebus medicis expediendis conſumo: varios mihi modo de his, modo aliis rebus Tractatus conficio, non in

eum

eum finem, vt eos in publicū emittam, & ad artem perficiendam aut confirmandam neceſſarios eſſe cenſeam, ſed vt propriæ meæ memoriæ meisq́; ſtudiis conſulam, promptius in arte progrediar, vocationi meæ commodius ſatisfaciam, prouinciam commiſſam rectius adminiſtrem, ægrotisq́; opem meam medicam flagitantibus felicius ſuccurram. Ex illis vero cúm nonnulli hunc præſentem Tractatum De Mvlierum Affectibvs, *à me concinnatum viderunt, admonuerunt me ſummopere & vrſerunt, vt eum publici juris facerem, prætendentes non modo Philiatris fore eum laborem non ingratum, ſed & mulierculis multis ſingularem fieri poſſe* εὐχρηστίαν, *quæ ſuos affe-*

ctus

ctus muliebres, quos cum omnibus circumſtantiis Medicis ſæpe detegere præ pudore non audent, inde maritorum ſuorum vel aliorum, quibus cum liberius loquuntur, ope cognoſcere, ſuæ valetudini conſulere, imminentes morbos præcauere, ab illorumq́; tyrannide & ſæuitia ſe liberare poſſint. Renui quidem primúm, & hunc partum non ſatis expolitum in publicum emittere recuſaui, quod hoc doctiſſimo ſeculo, & tanta ſcripturientium turba, merito nihil, niſi quod ſplendidum, & ſummé elaboratum ſit, emitti debeat, & fortaſſis zoilum quempiam inde quid arrepturum, quod tanquam reprehenſione & irriſione dignum explodat, cum non adeo

περιεσκεμμένως, ſed αὐτοσχεδίως ſæpe ob praxim medicã auocatus, & ob ægrotorum multorũ concurſum & querimonias diſtractus, eum, non vt publicis typis committerem, ſed vt propriis meis vſibus reſeruarem, concinnarim. Attamen cum inſtarent amplius amici, & publicationem magis vrgerent, conſideraremq́ eſſe quædam in eo non cuiuis alioquin obuia & cognita, quæ nõnullis vſui eſſe poſſent, paſſus ſum eorum perſuaſionibus me vinci, & poſtulato illorum annui, fretus doctorum hominũ beneuolentia, qui, ſi quid minus politum & non ſatis elaboratum occurrat, mihi facile condonabunt, neque conatum meum, quod hunc Tractatulum in lucem

lucem proferam, & meam qualemcunque drachmulam etiam inſumam, non improbabunt.

Cùm autem, Magnifici, Nobiliſsimi, Conſultiſsimi, Spectatiſsimi, Prudentiſsimiq; viri, Domini ac Amici debita obſeruantia colendi, eum in veſtra ditione, & inter mœnia veſtra, inq; officij à vobis mihi commiſsi adminiſtratione cõfecerim, non potui nec debui aliter facere, quin veſtro nomini inſcriberem, & ſic hac inſcriptione de veſtra erga me beneuolentia & munificentia publicé teſtarer. Neq; enim is ego ero vnquam, cui ob ingratitudinis vitium, ſtigmate macula inuri debeat, neque qui ea quæ mihi bona exhibita ſunt, turpi &

ingratæ committere velim obliuioni. Pro beneficio non leui, ſed me hercle ſingulari & arduo agnoſco, quod Deo Opt. Max. ſic diſponente, non tantum Poliatrum & Medicum veſtrum ordinarium me deſignaueritis, & cum ea functione immunitates multas largé & effuſè mihi donaueritis, ſed & aliàs beneficam veſtram erga me beneuolentiam & propenſionem ſæpe conſpiciendã exhibeatis. Vt igitur ob exhibita beneficia me gratitudinis ſtudioſiſſimum cognoſcatis, & re ipſa me non otio domi torpeſcere, ſed labores meos eò dirigere omnes, quo prouinciæ mihi demãdatæ, auxiliante diuino Numine, rectè præeſſe, arte medica veſtræ celeberrimæ

Rei-

Reipublicæ fideliter & honeſte inſeruire, de eaq́; bene mereri poßim, experiamini: offero Vobis in gratitudinis teſtimonium, hoc munuſculum chartaceum, & vt id explicito ſereno vultu, ac beneuolo & propenſo animo excipiatis, neque quod id adeò liberé vobis inſcripſerim, & vos hoc ſcripto compellarim, ægre feratis, etiam atque etiam rogo. Quod ſupereſt, Patrem Domini noſtri JESV CHRISTI conditoris Mundi & rerum omnium conſeruatoris, oro & obteſtor, vt ornamenta vrbis veſtræ præclarißima ſarta, tecta, ſalua, & integra vſque ad diem aduentus Filij ſui bonis omnibus toto pectore expetendam, ſeruare & cuſtodire di-

dignetur, Eccleſiamq; æternam ſemper ſibi in vrbe veſtra colligere, & ejusdem Rempubl. indies florentiorem, ornatiorem, & ampliorem reddere velit. Quod vt fiat, faxit JESVS Seruator noſter, qui cum Patre & Spiritu S. ſit benedictus in omne æuum.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS

CAPITVM IN HOC GYNÆCEIO CONtentorum.

LIBRI PRIMI,

De affectibus omnibus mulieribus communibus,

CAPVT

I.	De menſium defectu.	fol.1.
II.	De menſium profluuio.	fol.47
III.	De fluore vterino.	63
IV.	De Gonorrhœa.	84
V.	De vteri ſtrangulatu.	93
VI.	De vteri procidentia.	117
VII.	De vteri inflatione.	128.

LIBRI SECVNDI

De affectibus, quæ cuique fœminarum ſunt proprij.

CAPVT

I.	De morbo virgineo.	fol.141.
II.	De ſterilitate.	164

IV. De

Digitized by Google

III. De mola. 210
IV. De abortu. 225
V. De partu difficili. 240
VI. De ſecundinarum retentione. 241
VII. De purgatione poſt partum. 279
VIII. De torminibus ad partum. 283
IX. De mammillarum affectibus. 290
X. De lactationis defectu. 296
XI. De cancro mammillarum. 303.

GYNÆ

Digitized by Google

GYNÆCEII

HERMANNI CORBEI MEDICINÆ DOCTORIS, POLIATRI IN libera Imperiali Republica Tremonienſi,

LIBER PRIMVS.

De communibus omnium Fœminarum adultiorum affectibus.

CAPVT I.

De menſium defectu.

SExcentarvm ęrumnarum innumerarumq́; calamitatum mulieri author eſt vterus, ſcripſit Democritus ad Hippocratem. Verum id eſſe ſatis ſuperque experientia comprobat. Eſt enim muliebre genus præ virili multis variisq; expoſitum morborum procellis, quarum A

A iniurias ſubinde perferre cogitur; Si non earum incurſiones impetusque exacta viuendi ratione, vel ſedulo medicamentorum prophylacticorum vſu declinet & reprimat. Quò autem in hoc eò melius miſero muliebri ſexui ſuppetię ferantur, non inutile erit, quæ de eis in veterum recentiorumque monumentis occurrunt proponere, adiungẽdo ſimul ea quæ pro-
B pria experientia obſeruata ſunt. Quo autem hoc dilucidiori methodo fiat, conſiderari poſſunt muliebres affectus bifariã. Primò videndum qui affectus in vniuerſum omnibus adultioribus communes ſint. Deinde qui affectus cuique fœminarum ſorti peculiares & proprij. Omnibus adultioribus communes ſunt: Menſium defectus, menſium profluuium, Fluor vterinus, Gonorrhœa, vteri ſtrangulatus, vteri procidentia, vteri inflatio & vteri hy-
C drops.

Cum ex ſuppreſſione menſtrui ſanguinis, teſte Hippocrat. *ſect. 5. Aphor.* 57. ilias morborum emergat, recte ab illa exordium fit.

Menſes igitur deficí dicuntur, cũ men-

ſtrua

ſtrua purgatio vel non fit,& eius actio pla- A
ne ceſſat, vel cum non iuſta quantitate ſed parcius quam conſuetudo & copia excrementorum exigant, neque iuſto tempore & modo, item aliena qualitate infecta, videlicet cum ſanguis vel albus vel pituitoſus excernitur vel niger vel purulentus vel ichoroſus, vel viridis, vel ſimilis loturæ carnis, cum vel ſine dolore aliiſque
grauibus accidentibus guttatim proce- B
dit. Antequam autem huius affectus natura, cauſæ & curatio inueſtigentur: Primò indagandum erit, qualis ſuppreſſio hic intelligenda veniat; nimirum illa, quæ fit in fœminis iuſtæ ætatis, non prægnantibus, nec lactantibus, nec virilem naturam habentibus quas viragines vocitant, quæ ſunt coloris fuſci, corporis compacti, venoſæ, lumbos & nates ampliores habēt, pectore & humeris ſunt latiores, mam-
mis ſolidis, voce graui, fortes & hirſutæ, C
nec laboribus & validis exercitiis aſſuetis. Iuſta ætas reputatur à Medicis ab anno ætatis decimoquarto vſque ad quadrageſimum quintum vel ſexageſimum. Quod autem Hercules Saxonia obſeruarit, Ve-

A netiis puellam, annum quintum agentem, ſingulis menſibus modice expurgatam. Savanarola etiam viderit puellam annorum nouem vtero geſtaſſe. (Ego quoque Lemgoviæ in Comitatu Lippiaco puellam vidi habentem decimo ætatis anno menſtrua:) ea omnia ſunt de raris contingentibus, vt Paulus Ægineta docet, neque hinc naturalis naturæ ordo in-
B uertitur. Illæ autem quibus menſes citius apparent ſunt vitæ breuioris, vt quibus tardius erumpunt viuunt diutius. Menſtrua purgatio ad ætatis vſque vigorẽ augetur, florente ætate æqualis perſeuerat, ætate declinante paulatim minuitur, donec tandem plane ſubſiſtat. Iuuenibus ſanguis menſtruus loturæ carnium recẽs mactatarum ſimilis eſt, aut quia conco-
C ctus nondum eſt, aut quia multum ſeri admixtum habet. Senibus autem craſſus, niger & paucus. Ætas media medio modo ſe habet. In grauidis ſanguis ſuperfluus in fœtus nutrimentum abit, niſi quod aliquando contingit, tantam coaceruari copiam, quæ maior eſt, quàm vt à fœtu abſumi poſſit, quam videmus, tempore geſtationis

tionis menſtruatim nonnunquam prodi- A
re. Abſurdum igitur non eſt à conceptu menſtrua effluere, ſed morbidum id eſt, quamobrem paucis & raro accidit. In lactantibus in lac conuertitur. Videmus tamen plerunque, pluribus nutricibus etiã ordinatas purgationes fluere, in quibus ſanguinis eſt vbertas, & quæ victu pleniore vtuntur. In viraginibus & laboribus aſſuetis in corporis nutrimentum cedit, & B
propter celerem digeſtionem ſuperflua pars diſcutitur.

Effluit autem ſanguis ſecundum Hippocratis aſſertionem *lib. de morb. mulier.* duarum heminarum atticarum (quæ ℥ *18.* conſtituunt) menſura: aut paulo plus aut minus idque ad biduum vel triduum. In libro de octimeſtri partu inquit: Mulieri tempus menſtruum in quo purgatio ipſa procedet, concedendum, quod ad breuiſ- C
ſimum tres dies implet. Plerisque autem etiam multo plures. Quæ menſuratio tamen in omnibus ita exacte obſeruari nequit, cum aſſerente Hippocrate, ætas differat ab ætate, natura à natura. Poſt partum etiam ob copioſam euacuationem a-

A liquando tardius & minori quantitate producunt menſes.

Scribunt communiter Practici iuniores Luna accreſcente, provectæ verò ætatis mulieres eadem decreſcente purgari, quod etiam verſu hoc indigitant, *Luna vetus veteres iuuenes noua Luna requirit.* Cum autem contrarium in multis experientia quæ rationibus prævalet demonſtrat, rectius experientiæ fidem habemus

B quam quod nudæ aſſertioni innitamur.

Laborant omnes & corpus habēt graue quandiu affluit humor. Multis etiam ſtrangulatio fit ab vtero, in quibus eruptioni propinqua ſunt menſtrua, donec prorumpant.

Sanguis menſtruus eſt excrementum vtile ſecundæ concoctionis, quod natura ſtatis periodis moderata quantitate ad vterum ablegat, in prægnātibus in anima-

C lis generationem & nutricatum cedit, in aliis non grauidis ex vtero excernitur.

Neque enim admittenda illorum opinio qui aſſerunt, ſanguinem hunc eſſe excrementum tertiæ concoctionis. Nam quælibet pars alimentum conuertit pro

ſe,

ſe,vel aliis partibus id communicat. Sic A
in hepate ſuperfluitas ſanguinis quæ pro
reliquarum partium alimento neceſſaria
futura non eſt, menſtrualis materia euadit, quæ per vterum debitis temporibus
expurgatur, id quod color rubeus ſatis
confirmat. Præterea ſanguis menſtruus
in venis continetur. Hinc fit quod mulieres quamdiu conſuetas vteri purgationes
ſeruant nullam aliam ſanguinis euacua- B
tionem ſponte natura factam patiuntur
nec per nares,nec per mariſcas: at cõſueta
menſtruorum purgatione cohibita, illius
copia & qualitate, natura grauata & irritata cõſueuit per alias partes talem ſuperfluitatem euacuare. Tandem ſanguis in
venis contentus non meretur prius nomẽ
tertiæ cõcoctionis ſuſcipere, quam ex capillaribus venis exierit & nutriendis mẽbris delegatus ſit. C

Sanguis hic menſtruus non qualitate
ſed quantitate peccat.

Huius excretio ſi aboletur vel imminuitur fit vel ipſius vteri læſione, aut quia
ſanguinem non ſuſcipit, aut ſi eum ſuſcipiat non tamen expellit,vel totius corpo-

A ris vitio cum ſanguis non tranſmittitur ad vterum, vel ſanguinis defectu alienaque qualitate.

Vterus cum ſit contextus ex partibus ſimilaribus & diſſimilaribus in harũ partium conſtitutione diſpoſitioneve ægra huius actionis abolitæ cauſæ inquirendæ ſunt. Quo autem id commodius fiat vteri partes ſimilares ſimul proponendæ.

B In ſimilaribus primo membranæ vterum conſtituentes occurrunt, quarum vna eſt exterior, altera interior. Exterior neruoſa eſt & omnium quæ à peritonæo oriuntur craſſiſſima. Hæc ſi craſſior duriorque fiat, vel venæ illi inſertæ coanguſtẽtur obturenturque à comprimẽte externo vel obſtructione interna, vt ſanguis ad

C interiorem vteri membranam libere peruadere non poſſit, tum natura menſtruatim ſe exonerare haud valet. Interior tunica (quæ duplex eſt, adeo tamen firmiſſime conferruminata, vt vix diſcerni poſſint) carnoſior exteriore, quæ inſtãte mẽſtruorum purgatione craſſa ac tumẽs apparet, vtpote ſanguinis humiditate irrigata. Hæc ex perenni ſanguinis affluxu ob pluri-

plurimas venas & arterias ſparſim per eā A
diſſeminatas ſpongiæ ſimilis in multos
cortices diuiditur, vt multum ſanguinis
pro fœtus nutritione ſuſcipere queat. Si
hæc membrana eam mollitiem & carno-
ſitatem quam à natura habuit vi morbi
aut aliter deperdat, ſanguis ad interiora
vteri fluere non poteſt, ſed regurgitat ad
ſuperiora.

Deinde in vtero duæ venæ ſunt: harum B
venarum altera à ſpermatico, altera ab
hypogaſtrico ramo deriuatur: Hæ duæ
venæ ab inferiorib. ſurſum feruntur, quo
ab omnibus corporis partibus tam ſupe-
rioribus quam inferioribus ſanguis ad eas
accedat, quo vniuerſum mulieris corpus
in menſtruorum purgationibus exonere-
tur. Harum altera quæ à ſpermatica de-
ſcendit, per totum vteri corpus maxime C
per fundum, vt ei alimentum apportetur,
diſſeminatur, per hanc quoque venā ſan-
guinis menſtrui pars potiſſimum in mu-
lieribus ſed non grauidis prorumpit. Al-
tera à cauæ ramo hypogaſtrico per latera
ceruicis ad medium vterum aſcendit, vbi
cum ſuperioribus coiens vteri fundum &

A ceruicem eius perreptat. Huius hypogaſtricæ venæ rami ſuperiores interiorem vteri cauitatem ſubeunt, quarum oſcula κοτυληδόνες ſeu acetabula appellantur: (hisq; in conceptione ſecundæ annectuntur) per has venas copioſior ſanguis, quã pro ipſius nutritione requirebatur, toto illo tempore, quo mulier concipere poteſt, defertur, vt vbi conceptio fieri debet ſanguis præſto ſit: quare toto geſtationis tẽ- B pore copioſus, copioſior tamen, quo pluri nutritione fœtus indiget, affluit. At reliquo tempore cum copioſior ſit, quam vteri nutritio requirat, idcirco tanquam ſuperuacuus ſingulis menſibus expurgatur. Rami inferiores hypogaſtricæ venæ in ceruicem vteri inſeruntur, per quos nimius ſanguis, dum mulier grauida eſt non reſerato vteri orificio ſingulis menſi- C bus propellitur. Quare per has venas grauidæ nonnullæ plethoricæ primis menſibus copioſiore ſanguine, quam pro fœtus nutritione opus eſt, affluente euacuantur, non vero ex fundo vt alias menſtrua tam in mulieribus quam virginibus rectà expurgari ſolent, alias fœtus ſanguinis copia

ſuffo-

ſuffocaretur,& vteri orificium, A
culo abortus reſerari neceſſe eſſet [illegible]
prænominatæ venæ cum c[illegible]ſtātur aut occluduntur remora ſanguini iniicitur & eius fluxus intercipitur. Hoc autem fit vel intemperie frigida aut calida, vel interna obſtructione vel externa compreſſione, vel coaleſcentia.

Obſtructio oritur vel ab ipſo ſanguine craſſo, tenaciq́;, aut alioquin concreto & B grumoſo, vel ab aliis quibuſcunq; craſſis lentis & viſcidis humoribus; quidam adiiciunt pinguedinem quæ vaſa quoq; intrinſecus compingere obſtruereque poſſit.

Compreſſio fit à quocunq; extrinſecus conſtringente & comprimente, vt ſunt primò occurſus frigidorum ſiccantiumq;, deinde tumores, item nimia adi- C pis copia, cicatrix, callus & ſimilia quæ extrinſecus meatuum latera coarctare queunt.

Coaleſcunt poſt abortum ſæpe venæ, quibus colligabantur ſecundæ, vt poſtea ſeparari nequeant.

Præterea cum multi nerui exiles à ſexti

paris

A paginibus extremis, & à lumbari medulla prodeuntes in vterum ſpargantur quo ſenſus in eo ſit exquiſitior, ſi illi nimia frigiditate, vel humectatione, item lentoris obductione vel ſiccitate, qua nerui coarctantur, aut aliter facultatem ſentiendi amittāt, quamuis ſanguis copioſe adhucad vterum fluat, natura tamen eius o-
B nus non ſentiens eum non expuit. Ex horum praua diſpoſitione facultas expultrix fit imbecillior.

Sic quidem ratione partium vteri ſimilarium, menſtrua purgatio ceſſat. In eius diſſimilaribus partibus eadem ſerie ſi læſiones inquirendæ, erit vterus vt pars organica ex partibus ſimilaribus conſtās in quatuor partes (quamuis is primo in-
C tuentibus à fundo ad pudenda vnus continuusque appareat) maioris faciliorisq; intellectus gratia diſſecandus, videlicet in partem ſuperiorem ſeu fundum vteri, os vteri ſeu orificium interius ceruicis, ceruicem ſeu canalem vteri, & vteri pudendum externum.

Fundus vteri eſt latior eius pars extrinſecus leuis, æqualis & velut humore aliquo

quo oblitus & vtrinque ad latera ſuperne A
ſuperficies duas amittit, eo modo quo in vitulorum capitibus prominentiæ apparent, cùm cornua nondum eruperunt, quas eminentias Anatomici cornua vocitant. Hic fundus ſi intrinſecus obſtruitur vel extrinſecus coarctatur, vt venæ ſanguinem in eum ſtillare nequeant, ſanguinis menſtrui purgationem ceſſare neceſſe B
eſt.

Obſtruitur autem à carne præter naturam innata cuiuſuis generis à tumore, à callo, à membrana, à grumo, à craſſis & viſcidis humoribus, à cicatrice, à pinguedine & ſimilibus, quæ cauitatem vteri infarcire queunt.

Coarctant & extrinſecus comprimunt vteri fundum omnes illæ cauſæ venarum C
ora comprimentes ſuperius enarratæ.

Secunda vteri pars, ſiue os vteri interius, ingreſſus eſt in fundum vteri; per hoc enim fundus rectà in ceruicem dehiſcit. Id enim ſi auertitur & à recto ſitu declinat, vel contorquetur comprimiturque, vel intrinſecus obſtruitur, vel aliter orificium eius anguſtius fit, menſes nullo modo,

A do, vel parce vel diminute vel violenter & cum dolore prodeunt.

Tertia vteri pars ceruix ſeu collum eſt, cuius ſubſtantia cum membranoſa & neruoſa ſit, vel diſtorqueri, vel alio modo à rectitudine ſua, quam à natura accepit dimoueri item obſtrui aut extrinſecus conſtringi poteſt, vt ſanguis libere affluere nequeat. In ceruicis fine immediate ſu-
B pra collum veſicæ, in medio foſſæ productio quædam partim carnoſa partim mẽbranoſa conſpicitur: carnoſa pars quatuor myrthi baccas exprimit, quarum quælibet ſinum pudoris peculiarem continet: mẽbranoſa vero pars quæ quoq; quadripartitè fiſſa carunculas dictas quatuor inuaſtit connectit alligatque. Hæc productio, quæ hymen ab Anatomicis vocatur, cum pudendis, Betonicæ caryophyllatæ
C maioris flori expanſo aſſimilari poteſt.

In huius productionis extremitate ſi foramẽ quod natura ibi fabricata eſt coaleſcat vel ſaltem nimium conſtringatur, menſibus etiam exitus adimitur.

Poſtrema vteri pars diſſimilaris pudẽdum muliebre dicitur, ſi illud quoque coan-

coanguſtatur vel plane obſtruitur ſanguis A
quoque ex vtero eiici nequit.

Atque hæc quomodo vteri vitio ſanguinis menſtrui purgatio intercipiatur dicta ſint. Aliorum viſcerum vitio ſanguini aditus ad vterum denegatur, cum vaſa per viſcera perreptantia vel deferentia ſanguinem, intrinſecus obſtruuntur vel extrinſecus comprimuntur, vel facultatē expultricem languidam & infirmam ha- B
bent: Ita infrigidato exſiccatoque iecore ſanguinis generatio minus bene procedit nec iuſta quantitate ad vterum pellitur. Obſtructiones præ reliquis facilius oboriuntur in venis hepati lieni & inteſtinis inſertis, itemque in illis quæ ad vterū ſparguntur, quia in his venis ſanguis rudimētum & primordium capiens multis fæcibus adhuc ſcatet, quæ ſecretę ora vaſorum coanguſtant & infarciunt. C

Sanguis in vitio eſt quatenus non ſufficiens eius quantitas ſuppeditatur, aut qualitate inconueniente peccat, vt ſit vel nimis craſſus, viſcidus, lentus, crudus, vel aliter ad fluxum ineptus, qualis generatur in ſplenis iecoris aut meſeræi obſtructionibus.

Inopia

A Inopia ſanguinis fit vel ab intenſo calore: aut quarundam mulierum peculiari conſtitutione, quæ non plus ſanguinis colligunt quam in corporis nutrimentũ mutatur; Hæ ſteriles ob hunc defectum ſunt, & cum harum conſtitutio cum virili nonnihil conuenire videatur, viragines appellantur: vel calore natiuo debilitato, alimentum incoctum relinquente. De-
B inde ob cibi paucitatem & inediam, quæ non ſolum minuit, ſed etiam craſſefacit ſanguinem vt minus fluxilis euadat, quod docuit Galenus in lib. contra Eraſiſtrateos, qui Romæ degebant: item ciborum potuumque ac medicamentorum calidiorum diſſipantium vſum, quemadmodum & frigidorum occurſum: Vnde
C Hippoc. in lib. de Aere, Aq. & Flat. ait, quod ex multo aquæ frigidæ potu mulieribus menſtruus ſanguis ſupprimatur. Tertiò nimiæ euacuationes quales ſunt alui profluuia, ſudores, ſanguinis profuſiones vomitiones & mictiones, ob diuerſionem ſanguinem ab vtero reuellunt, ſicuti & nimii labores exercitiaque valida quæ exſiccant & ſuperuacuam materiam abſumunt.

Præterea morbi totius corporis plerunque in cauſa ſunt quod ſanguis non menſtruatim procedat, vt in cachexia & hydrope, in quibus ſanguis bonus non generatur, ſed in flatum, aquam vel pituitam vel alium excrementitiorum humorem mutatur. Vel cum facultas hepatis ſanguifica eſt imbecilla, vel febres aliique morbi tam acuti quam diuturni corpus conſumpſerunt. Item cum fœminæ nimis pingues ſunt, tũ ſanguis qui illis ineſt pauciſſimus fere in pinguedinem tranſit, ita vt nullus vel ſaltem exigua portio ad menſtruam purgationẽ reſtet. Porro retractione ſanguinis ab vtero ad alias partes per varia reuulſionum genera facta, menſtruus fluxus quoque impeditur. His annumerari poſſunt ſcabies puſtularum omne genus & vlcera quæ ſanguinem quoq; reuellere poſſunt. Vltimo huc quoq; referri poſſunt timor, triſtitia, curæ, dolores & ſimilia ſanguinẽ ab vtero retrahentia. A B C

Sanguinem craſſum viſcoſumq; reddunt nauſeatiua ſatietas vſus ciborum viſcoſorum & conſtringentium, item cũ

A eſculenta potulentaque actu vel poteſtate frigida aſſumuntur, præſertim cũ menſes prodituri ſunt vel prodeunt; hinc fit quod cum eo tempore veſcuntur lacte, rebus acidis vt braſſica condita & aliis aceto conſeruatis, item fructibus infrigidantibus, vel aquam frigidam bibunt ſanguis plerunque aliquibus ſubſiſtit. Admotione quoque frigidorum aſtringentiumque
B extrinſecus facta, ſanguis ſæpenumero ſupprimitur; hinc lotio pedum in frigida vel inceſſus nudis pedibus aëre frigido exiſtente, conſuetam menſtruam purgationem vtplurimum retinent. Præter hæc, craſſiòr fit ſanguis, ſi ſero non ſufficienter diluatur, vnde hydropicis, ſero è venis exudante, menſtrua ſępe ſupprimuntur. Cũ crudus & cacochymicus eſt ſanguis à natura ad vteri venas non depelli-
C tur, ſed eius loco conſueuit natura laudabilem & optimum ſanguinem, vt Hipp. *lib. 1. de morb. mulier.* docet, tranſmittere; hinc fit, vt cachecticis & leucophlegmaticis virginibus menſes deficiant, donec bona victus ratione corrigatur ſanguis, viuidusq; color redeat. Quidam, & nimiam

niam copiam ſanguinis,qua venas ita ex- A
pandi, vt ſe non relaxare poſſint,fluxum menſtrualem inhibere, proponunt, quibus & Aëtius fauere videtur: ſed ſi ſanguis craſſitie & lentore careat, non facilè à copia ſanguinis ſola, menſtruo fluxui iniici poteſt.

Hæ cauſæ nunc expoſitæ, ſi leuiores fuerint,non omnimodam menſium ſuppreſſionem, ſed diminutám tardamque B
efficiunt, præſertim ſi ſimul fœminæ graciles ex morbo, victu tenui & intemperie calida factæ fuerint.

Si menſes ſtillatim & cum dolore exeunt, acredo humorum ſimul in cauſa eſt. Atque hæc breuiter de cauſis, nunc ſigna curſim quoque perluſtranda.

Signa ſuppreſſionis menſium generalia, quæ nullam peculiarem cauſarum diſtinctionem faciunt, præcipua ſequentia C
ſunt: Tumor ventrem, ſiniſtrum latus, pedesque occupat & laſſitudo ſpontanea totum corpus moleſtat plerunque cum horrore inæquali, quem nonnunquam etiam Febris lenta comitatur, Phyma panusque in extremis partibus interdum

A prorumpunt,appetitus cibi vtplurimum proſternitur pica,nauſea,& vomitus ſæpe excruciant,ſomnus eſt grauis, profundus vel turbulentus, mammillæ inflantur, & ex illis interdum lac emulgetur, dolor lumbos,vterum,pectinem, coxas, crura, ſynciput & ceruicem inuadit,aures tinniunt,appetitus ad venerem excitatur ob titillationem, difficultas reſpirationis B quoq; plurimum coanguſtat, ſonus aquæ fluctuantis rugitusq; audiuntur; quibus ructus adiunguntur,vrinæ craſſæ,turbidę rubicundæ ſæpè nigræ,perinde ac ſi aquæ ex qua nuper mactatæ carnes ablutæ fuerint, fuliginem quis immiſcuiſſet, cum quodam ſanioſo humore, his ſæpenumero dyſuria, ſtranguria, aliaque grauia ſymptomata adiunguntur. Aliquando etiam è mãmis, naribus & oculis ſanguis C erumpit.

Verùm cum multa horum ſignorum etiam in prægnantibus animaduertantur, accuratè ſigna imprægnationem à menſium ſuppreſſione diſtinguentia apponẽdá hic quoque ſunt: In ſuppreſſione menſium eſt color faciei albicans & ſubniger; in

in prægnantibus, color viuidus, qualis A tempore ſanitatis fuit, perſeuerat. Prægnantes hilares ſunt & nihilò aut quàm parciſſimè in animi pathematis mutatæ; contrarium experiuntur mulieres menſtrua ſuppreſſione laborantes: In prægnãtibus os vteri citra duritiem clauſum eſt; In ſuppreſſione detentis occluſio ſemper eſt cum duritie.

Præterea dum fœminæ vtero gerunt B prænominata grauia accidentia primis menſibus moleſta ſunt & ſubſequentibus illa ſubſident; at in menſium ſuppreſſione primis menſibus nulla aut quàm leuiſſima accidentia inſunt, procedente verò ſuppreſſione ſymptomata grauius affligunt. Cauſam Mercatus *de morb. mulier. cap. 9.* hanc affert, quod in ſuppreſſione menſium ſanguis per venas errabundus C vagetur, & eò maiores obſtructiones febres & coloris mutationes moliatur. In corruptis verò ſanguinem in vterum incidere, & plerunque hydropem aliaque vterina mala producere.

Signa ſpecialiora nimirum ſpecierum & cauſarum, ſumuntur, vel ab vtero, vel

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A ab aliis partibus per conſenſum læſis, vel à ſanguine, vel ab aliis humoribus.

Vteri calida intemperies dignoſcitur ex grauiſſimis vteri doloribus & totius ventris ardore, ex genitalium ſqualore cũ gracilitate & duritie pilorum nigrorum craſſorumque eſt maxima copia, ſi quid ex vtero fluit rubræ ac fœtidæ colliquationi ſimilimum eſt.

B Frigida vteri intemperies colligitur ex colore albo vel plumbeo, tactu frigido, mole corporis ſubtumida, ſomnis profundis, pigritia; ſerius incipit purgatio, & cum multo labore vix quicquam proficit, & ſi quid excernitur pituitam colore & conſiſtentia refert.

Si vteri ſiccitas adfuerit in pueritia diuturnæ præceſſerunt febres, partes pudendæ ſunt graciles & nil quicquam per vterũ C excernunt, imbecilles ſunt & languidę ac à leuiſſimis laboribus defatigantur.

In vteri vaſis ſi ſit obſtructio vel compreſſio dignoſcitur his ſignis; dolores eo tempore quo natura aſſueuit menſtrua promouere ſunt moleſti, item inquietudines, vteri ſuffocationes aliaque vterina acci-

accidentia ſuccreſcunt, præceſſit quoque A
plerunque aſtringentium vſus.

Si vteri ductus cicatrice vel carnes aliqua ſupercreſcente occluſus vel contortus aut alia morboſa figura affectus ſit, præceſſerunt vulnera, ſolutiones continui, ictus, vlcera, laborioſus partus, vel tumor aliquis præter naturam, euidenter, facta interrogatione monſtrant.

Aliæ obſtruentes cauſæ, vt membrana B
carnoſa ſubſtantia, conuerſio vteri & eiuſdem cicatrix oculari inſpectione aut obſtetricis relatione deprehenduntur.

Si aliarum partium vitio ſanguis menſtruus ſupprimatur ſigna iuxta earũ munus & ſymptomata ex ſpeciali Pathologia huc reuocari poſſunt; vt exempl. grat, ſi hepar vitiatum eſt, grauitas & diſtentio cum obtuſo dolore dextro inſidet hypochondrio, item hæmatoſis læditur & icte- C
ri hydropiſque ſpecies plerumque elucẽt, quemadmodum & obſtructiones ſcirrhi inflammationes. Si lien compatitur dolor tumorq; ſiniſtrum hypochondrium occupant, præcordia ſæpè ingenti feruore æſtuãt, cor palpitat, arteriæ validè pulſant,

A flatus plurimi ſurſum deorſumq; erumpunt vel rugitu & murmure obaudiuntur & corpus vniuerſum ignauum & iners quaſi diſſolutum languet. Si ventriculi vitio ſanguis menſtruus non procedit, cibi appetitus deiicitur, nauſea & vomitus moleſtant, praua fœminæ interdum appetunt, & dolores graues ventriculi percipiuntur.

B Si ad veſicam ſanguis retrahitur; vrina guttatim emingitur, vel planè ſupprimitur. Si ſanguis in caput irruit, vigiliæ moleſtæ ſunt, nares ſtillant ſanguine & caput dolet, interdum etiam comitialem morbum & inſaniam accerſit. Si ad fauces defertur anginam; Si ad thoracem pleuritidem, ſi ad neruos tremorem & conuul-
C ſionem producit. Si ad pedes, manus, vel ad articulos decumbit, podagram, chiragram, articulorumq; dolores inducit. Ad hunc modum aliorum quoq; viſcerũ læſiones inquiri poſſunt.

Sanguinis inopiam arguunt color faciei liuidus vel pallidus, præceſſerunt ægritudines acutæ vel ardentes febres, vel morbi diuturni, iejunia, vigiliæ, extenuatio

tio corporis, venarum inanitio, immodici labores, nulla ventris grauitas eſt, nullus dolor aut tumor. A

Si ſanguis craſſus & ſimul copioſus ſit præter dolores in lumbis ac partibus propè vterum tenſio & grauitas perſentiuntur, item capitis dolores, ſplendores rubentes ante oculos radiantes & hæmorrhagia narium comitantur.

B

Sanguinem pituitoſum eſſe coniicitur ex victu præcedenti frigido, cum venis in partibus inferioribus nigricantibus & ſomno profundo, pigritia, cibi faſtidio, præterea tardè incipit purgatio & cum multo labore vix quicquam proficit, ſanguisq; excretus eſt craſſus albus, frigus ad fundum vteri ab ipſa fœmina perſentitur, item ſtupor membra occupat, venerem C non appetunt fœminæ, ex vtero humiditates quædam prodeunt, craſſæ mucoribus ſimiles, vrina multa, craſſa, pallida, ſed tempore purgationis pauca aut nulla, & ſitis pauca aut nulla eſt, hæc dicta ſigna in meatuum obſtructionibus ferè etiam obſeruantur.

Si ſanguis bilioſus ſit vuluam mordet

A ac rodit & excretus ſanguis eſt abundè fuluus, veneris appetentia adeſt, velox ſeminis eſt excretio & vteri labra ſicca ſciſſaque ſunt.

Externæ cauſæ ex relatu dignoſcuntur.

Cùm diuturna menſiũ ſuppreſſio grauiſſimarum ægritudinum cauſa plerunq; exiſtat; nempe Epilepſiæ, Phrenitidis, Inſaniæ, furoris, vteri ſuffocationis, concoctionis vitioſę, hydropis, palpitationis cordis, febrium, Podagræ, Impetiginis, ſterilitatis & aliorum multorum affectuum vt Hippoc. *in lib. de nat. mulier.* innuit, & Galen. 3. prorhet. *com. 31.* docet; non minimi eſt facienda, ſed accuratè eius curatio inueſtiganda. Antequam autem ea deſcribatur canones aliquot præmittendi.

B

C

Primò menſes non ſunt prouocandi illis ſeptimanis, quibus prius non fluxerunt niſi hoc ad præparationem corporis fiat, ſed ea demùm ſeptimana, qua menſes ante fluere conſueuerunt, aut indicia quædam elucent ac ſi fluxuri quidem eſſent, ſi modo poſſent, quod ex ſupputatione, dolore dorſi lumborumq; ac aliis conic-

coniecturis ſeſe offerentibus aſſequimur, A
aut eo tempore quo ſe quidem manife-
ſtant,ſed leuiter tantùm apparent.

Secundò in illis,quæ ab ortu ob conſti-
tutionem vteri occluſam à menſibus im-
munes ſunt, menſtruum fluxum ordina-
rium reddere impoſſibile eſt.

Præterea ob ſanguinis defectum , ſi
menſtrua purgatio ceſſet, aut imminua-
tur fruſtrà eam prouocare in macilentis B
& attenuatis attentatur , ſed potiùs vt is
priùs reparetur,bona viuendi ratione ſtu-
dendum;tuncq; ſpontè redit, vel facilè in
ordinem ſuum reducitur. Si verò aliò ra-
ptus non ampliùs per vterum affluat eò
reducendus eſt.

Si vitium ſanguinis aut obſtructiones
in viſceribus factæ in cauſa ſint: hiſce ſol-
uendis & repurgationi ſanguinis inten- C
dendum,admixtis iis quę muliebria du-
cunt.

Durities calloſa,ſcirrhoſa, vteri ceruí-
cis,ſi menſes impediat, hæc priùs auferē-
da,deinde menſes niſi per ſe redeant, ſol-
licitandi.

A pinguedine ſi vteri venæ occultatæ,

ſangui-

min.cum vino deſtillat. ℥ij ß. *In colatura diſ-* A
ſoluantur elect.Ind.maior. ʒiij ß.*ſyr. de Lim.* ʒiij.*aq. cinam.* ʒj. *miſc.pro hauſtu.*

Quæ magis vino delectantur, pro illis ſequens infuſum cõcinnetur: ℞ Turpet. el.Mechoac.alb. Agar.opt. ana ʒj ß.Rhabarb.el.ʒij ß.fol.ſen.ʒvj ß.Epithym.ſcolopendr. capill. Ven.ana P. j. ſem.aniſ. ʒiij. Cardamom.Galang. ana ʒ ß. Cinam. ʒj. Terantur craſſo modo & ſacculo includãtur, qui ſuſpendatur in lib.tribus vini Rhenani per 24.horas, poſtea in vino diſſolu. ℥ij.Mannæ calabrinæ, ex quo patiens per horas duas ante prandium capiat ℥v. ac ſi primis diebus minus copioſè purgauerit, denuo madeat ſacculus in vino prædicto, & poſtea fiat leuis ſacculi expreſſio. B

Vel ℞ Spir.vitæ aur.Ruland.℥ß.ol.Aniſ.gutt.4.ſacchar.ʒ ß. miſc.

Vel in forma pulueris: ℞ Turpeth.gum. C
℈ij ß.Hermodact. ver. ℈ ß. ſcammon.gr. vij.miſc. F. puluis, qui ſumatur cum vino albo.

Quæ pilulas deglutire malunt iis hæ conueniunt: ℞ Pilular.è ſex reb. Galen. ʒj ol.aniſ.gutt.4.cum aq.centaur.min.F. Pilulæ N.x.

A Vel in forma boli: ♃ Turpeth. optim. ℈iß. Zingib. ʒj. Elect. Ind. maior. ʒij. ſacchar. q. ſ. fiat bolus.

Si humor pituitoſus ſit contumax craſſusq; præparetur prius is ſeq. Iulapio: ♃ ſyr. de quinq; radicibus, ſyr. de Limon. ana ℥j. aq. artemiſ. matricar. Gentian. cum vino deſtillat. ana ℥ij. Puleg. nepit. cũ vin. B deſtillat. ana ℥j. Spir. vitr. gutt. xvj. ſpirit. tartar. ℈ ß. Miſc. pro tribus vel quatuor doſibus.

Poſtea ſeq. potione purgante educatur: ♃ Spir. mei vegetab. dulc. ℥ß extract. Rhabarb. liquid. ʒij. Miſc. pro hauſtu.

Si verò bilioſi humores redundent hoc infuſum detur: ♃ Rhabarb. el ʒij. infund. per 18. horas in aq. endiu. artemiſ. vini ana C ℥j Poſtea coletur colaturæ immiſc. ſyru. roſar. ſolut. ℥ß. elect. roſat. ʒij. Miſceantur fiat hauſtus purgans.

Vel ♃ Rhabarb. el. ʒjß. ſem. aniſ. ℈ß. aq. ſaxifrag. capill. Ven. ana q. ſ fiat infuſio colaturæ adde troch. violar. ſolutiu. elect. de ſucc. roſar. ana ʒj. ſyrup. roſar. ſolut. ℥j. Miſc.

In forma electuarii ſit ſeq. ℞ Paſſular.

per

per ſetaceum tranſmiſſ. ℥iiij. Rhabarb. opt. aq. cinamom. irrorat. ʒvj. ſpec. diarhod. Abbat. ʒß. limatur. chalyb. præpar. ʒj. Miſc. pro electuario. Detur manè magnitudo nucis caſtaneæ. A

Vel in rotulis: ℞ Sacchar. in aq. roſar. diſſolut. ℥j. Rhabarb. elect. ſubtiliſſ. pulueriſ ʒij. extract. Rhabarb. ℈ij. Miſc. & ſ. a. fiat confectio in rotulis quibus tribus matutinis vtatur. B

Si melancholicus humor ſimul exuperet is ſequentibus per repetitas purgationes euacuetur: ℞ Rad. Filic. ℥j. Cichor. Polypod. querc. rec. ana ℥ß. Ariſtol. rotund. ver. ʒiij. Cortic. Cappar. ℥ß. epithy. ʒij. herb. cochlear. chamædr. ver. ceterac. ana Mß. ſem. cymin. ʒiij. conquaſſata coquantur in vini ℔iij. & aqu. chalybeat. ℔jß. In colaturæ ℥xij. in leni calore per noctem macerentur Fol. ſen. ℥ij. Rhab. el. ℥iij. cortic. helleb. nig. præpar. ʒij. Poſtea denuo leuiter colentur immiſceanturque ſyr. roſar. ſolut. ℥ij. Fiat potiuncula pro 4. doſibus. C

Vel in forma pulueris: ℞ Fol. ſen. ℥j. ſem. aniſi fænic. cinamom. ana ʒj. cryſtall.

tartar.

A tartar.ʒvj.Miſc.fiat puluis,cuius ʒ j. detur
cum vino vel iure aliquo.

Quæ menſium prouocandorum cauſa per os exhibentur remedia ea, obſtructiones matricis aperiunt & abſtergunt, ſanguinemque ad vterum deducunt. Id autem præſtant vtplurimum calefacientia & attenuantia, quæ variis modis præparantur & exhibentur eo tempore quo
B menſes aliàs fluere ſolebant, ieiunis. Aliquando etiam cum balneum intrant, vel ex eo egrediuntur. Sic enim potentiùs operantur & vnum aliud adiuuat: vti & ante venæ ſectionem in pede.

Inter ea quæ in Diæta obſeruantur exercitium corporis præcipuè partium inferiorum non intermittatur. Cibus conuenit attenuans, panis ſit bene fermentatur, caro auicularum montanarum, item
C gallinar. vitul. Boum iunior. & veruecũ: Ex piſcium genere conueniunt Percæ, Porculi, Lucii, carpiones caryophillis maci & zingibere conditi, Gobii fluuiatiles trutæ, thymali, auratæ, cyprini lati & id genus alii. Potus ſit vinum generoſum & cereuiſia defæcata annoſaque in qui-

bus

bus infundantur Artemiſ. meliſſ. Maio- A
ran. Fl. borrag. rad. Eryng. & ſimil. Panaria condiantur cymino croco & maci.

Iuſculum hoc ſæpe ſumptum conuenit ℞ Cicer. rubr. P. j. Rad. petroſel. ℥ij. Flor. Borrag. P. j. Allior. vel cæpar. mundat. num. j. decoquantur in aq. cum butyro, ſale, croco & cinnamomo decenter condiatur.

Ex medicamentoſis dantur in forma B
pulueris cum vino aliisvè liquoribus.

Vt: ℞ Croc. ℈ß. Macis cinnamom. ana ℈j. Miſc. F. puluis vna vice cum vino calido ſumendus.

Semen Paſtinacæ ſatiuæ cum vino calido bibitum, mirè menſtrua prouocat.

Vel hic puluis magis compoſitus: ℞ ſem. aniſi fænic. mil. ſol. cymin. ana ʒij. ſeſel. Petroſel. pæon. ana ʒj. Cardamom. C
Zingib. ana ʒj. Cinamom. ʒij. Croc. ʒj. viſc. querc. ʒjß. ſacchar. ℥j. Miſc. F. puluis, cuius detur manè & veſperi ʒj. cum vino calido.

Commendatur & hic qui recipit ſem. ſeſel. Ammeos cinamom. an. ℥ijß. cymin.

A ℥iij.fœnic. apii, carui, nuc.moſch.calam. aromat. galang.ana ʒjſ. zingib.macis,caryophyll.ana ʒj croc. ʒiijß. Miſc. F.puluis. Detur ʒj.cum vino.

Vel hic puluis expertus: ♃ Caſſiæ ligneæ cort.caſſ.fiſtul cinam.dictamn.boraci caſtor.ana ʒij.croc. ʒjß.Miſc. F.puluis,cuius ʒ j.ex vino exhibeatur.

Baccæ laur. 36. tritæ cumque vino bi-B bitæ menſes proliciunt.

Item ℞ Fl. vrticæ vrent.herb.rapar. albat.ana M ij.ſcolopendr. M iij.Miſc.F. puluis. Huius pulueris quantum tribus digitis contineri poteſt in iure piſorum ſumat.

Vel ℞ oſſium dactylor. boraci ſem. lauend.ana ℈j. macis ℈ß. croc. gr. vj. fiat puluis vna vice ſumendus.

Si his menſtruus fluxus prouocari haud C poſſet,pulueres hi fortiores ad vſum trāſferantur.

℞ Myrrh.℈j.piper.gr.40.ſtaphid. agr. ℈j. detur in vino poſt balneum, citò ſubuenit.

Vel ℞ troch.de myrrh.ʒß.ſem.cymin. ℈ß. F. puluis. Vel ℞ caſtor. ℈ij. piper.gr. xv. vini cochlearia tria, ſimul terantur & mixturam fœmina bibat. Vel

Vel ♃ menth. ℈ij. myrrh. ʒj. fiat pul- A
uis qui cum vino calido porrigatur.

Vel violæ purpurei coloris ſemen & myrrham pari pondere commiſce vino, & in potu dato, & vt validius operetur piper gr. 9. adiiciantur.

Si ſuppreſſis menſibus conceptus eſt ſuſpectus accipe *caſtorei ſemin. aniſ. apii ana* ʒj. *trita cum vino diluto dentur*, ſi grauida erit, fœtũ calefaciet ac roborabit nulla B
omnino noxa, ſi mulier non concepit, menſes mouebit.

Decoctum ſequens quoq; probatur: ℞ *rad. pimpinel. dictamn. alb. galang. elect. ana* ℈ij. *incidantur omnia croc. integr.* ʒj. *coq. in libr. ij. ad quartæ partis conſumtionem.*

Radices ſalicis rubeæ & bene ab exteriori cortice mundatæ piſtatæq; cum vino decoquantur, huius vini detur manè hauſtus. C

Decoctum roriſmarini & florũ aridorũ leucci, mirum in modũ prodeſſe ferunt.

Item rad. angelic. cum flor. lauendul. in vino maximo iuuamento decoquãtur.

Mirè quoque confert experimentum hoc Quercetani: ♃ *M. lii ſolu, Aniſi, viſc.*

A *querc. ana* ℥ iij. *Dictamn.* ℥j. *croc.* ℈j. *contundenda contundantur & macerentur 24. horis in vino albo generoſo, deinde parum bulliant, de quo exhibe* ℥ iiij.

De melancholicis conuenit ſumere manè & veſperi v. cochlearia huius decocti: ♃ *Sabin. card. bened. Borag. bugloſſ. rut. abrotan. abſinth. ana* *M*j. *fiat decoctio in vino Rhenenſi.*

B Summę vtilitatis eſſe ſequens decoctũ Rodericus à Caſtro confirmat: ♃ *Fol. matricar. capil. Ven. nepit. puleg. ana* *M*j. *rad. apij aſparag. fænic. ana* ℥j. *coq. in ſuff. quant. aq. ad* ℔ ij. cuius decocti ℥ iiij. add. *ſyr. de artemiſ. capill. Ven. ana* ℥jß. calidum bibat fœmina bis in die.

Hoc decoctum quondam Iohannis Ducis Meckelburgici coniunx commẽ-

C dauit: ℞ *Meliſſam eamque pone in mulſum cereuiſiæ, ſtatuendo vaſculum in puluinum ad æſtuandum, poſtea mellis cochlear immiſce.* De hac potione manè & veſperi cum mẽſtrua proruptura ſunt, fœmina bibat.

Menſtrua quæ diu ſubſtiterunt rurſus prouocari poſſunt hac potione: ℞ centau. min. puleg. artemiſ. ſpic. celtic. agrimon.

ana

ana Mj.rad.gentian.Dictam.Cret. Aſar. A
ana ℥ß.Pimpinell.ʒij.ſem. vrtic. ʒj. Bacc. laur.ana ʒij.omnia in vino cocta ſtent per noctem in infuſione , orificio ollæ bene occluſo,manè coletur. De hac potione fœmina cubitum itura ter vel quater bonum hauſtum ſumat,& dum bibit de hac potione cyclaminum teſſaratim conſciſum & linteo inuolutum noctu in vterum immittat. Vtatur tempore legitimo.

Item cancrum fluuiatilem in vinum B
coniectum ſuffocato. Dein vinum id metacum calefacito ac totum bibendum dato,& vbi ſatis ſanguinis purgatum videbitur,cancrum ſuffocatum comedendum exhibeto.

Commendatur etiam decoctum Abſinth.cum vino,cum quo ſingulis vicibus ℈j.piper.nigr.detur.

Sequens decoctum quoque vſu efficax eſt: ℞ Fol. & flor.dictamn. ana P ij. C
Pimpinell. Mß. omnium capillarum ana Pj. Artemiſ. maioran. thym. origan. ana Mß.rad.rubiæ maior.petroſel. fænic. ana ℥jß.Pæon.biſtort.ana ʒß.cicer. rub. ſem. pæon.fænic.ana ʒß.coq.in aq. & vini ana

A ſuf. quant. addendo in fine decoctionis pulu cinamom.ʒiiij.poſtea colaturæ add. ſyr. de artemiſ. hyſſop. ana ℥ij. ſpec. diarhod.abbat.ʒj.pulu.nucl.dacty.ʒij.Miſc. exhibeantur ℥iiij.

Si cachexia ſimul adſit vinũ hoc chalybeatũ proficuũ erit,quod ℞ chalyb.opt. limat. ℥ß. rad. rhapont.ʒij. Fol. abſinth. maioran.ana ʒij.ſpic.ʒß.galang.ʒj. Ligẽ-
B tur in nodulo pro menſura vna vini : Bibat alternis diebus.

Inter electuaria theriaca diateſſaron ad ʒj.exhibita, ad menſtrua prouocãda approbatũ eſt remedium,quemadmodum & mithridatium.

Electuariũ è ferro ſummopere in cachecticis prodeſt, qꝫ hoc modo conficitur: ℞ Batituræ ſiue ſcoriar.ferri electi ſeu chalybis ℔j.molatur ſuper porphyrite ſubtiliſ-
C ſimè cũ aceto, dein ſiccetur ad ſolẽ aut ignẽ & ſic ſepties iteretur.Sumito limaturæ ſic præpar.℥vj.cinam. nuc. moſch.ana ʒij.rhabarb.el. ʒij.ſpec. arom. roſat. ʒvj. mellis optimi ſacchar.albiſſ.elect.ana ℔j. Miſc.ad ignẽ non ita fortẽ & fiat electuarium. Doſis ſit inſtar caſtaneæ vel vncia dimidia,poſt electuarii huius aſſumtionẽ

fœminæ

fœminæ ſe exerceant. Poſſunt eo vti ad A dies 30. vel 40.

Conſeruam borraginis cum vino pro ſecreto habent in hoc caſu mulieres.

Item conſerua Flor. Lauendulæ eſt ſecretum in menſibus mouendis, quemadmodum & omnia ex lauendula facta.

Purgat quoq; matricẽ & hoc q. ℞ vini eſſenſificati ℥ij. ſerap. ʒj. ſerapinũ diſſoluatur aceto & poſtea miſcetur.

Mercatus cõprobat fermentũ magni- B tudine auellanæ cum croci ℈j. & ſacchar. ſuff. quant. ſingulis diebus ſumptum.

Idem aſcribitur dactylis nu. vj. extractis oſſiculis & repletis croci fibris.

Commendantur & anagallidis aquaticæ quinque folia ſale comeſta.

Cum menſes non ſatis fluunt dentur ſeq. Pilulæ: ℞ troch. de myrrh. ℈j. pil. aggreg. ℈ß. cum ſyrup. de artemiſia fiant C pilulæ.

Vel ℞ Caſtor. ℈ j. aſſæ fœtid. myrrh. galban. ſagapen. ana ℈ ß. ſcillit. q. ſ. fiant pilulæ paruæ, capiat ℈ ß.

Referunt de ſulphure viuo ad fabæ vnius magnitudinem, cum vino calido, vel

A iure aliquo bibito, quod ſine vlla moleſtia fluxum menſtruum non diu poſt proliciat.

Medicamentum maximè commendatum eſt extractum ſplenis bouis & extractum hepatis iuuenci.

Salia artemiſ. meliſſ. puleg. ſabin. centaur. min. iuniper. rad. chelidon. Angelic. approbantur.

B Mulieri cuidam cum menſtrua reſtricta eſſent, neque ea medicamentis neque ſaphena ſecta elici poſſent, tandem ea ex monacharum quarundam conſilio nuces Moſchatas combuſtas pulueriſatas cum pane butyraceo ſumpſit, quo remedio menſes prodierunt & poſtea rectè valuit.

Si his menſtrua purgatio non procedat Iacchini exemplo ad ſudoriferas po-
C tiones confugere poſſimus. Vt Iacchinus lignum Indicum cum dictamno decoxit ſic nos zarſæ parillæ aut radici Chinæ aliisque ſudoriferis varia menſes cientia adiicere poſſumus.

His quoque ſuccenturiari poſſunt ſequentes pilulæ, quæ ſimul ventriculum

corro-

corroborando purgant: ♃ Opopanac. A
ʒij. Galang. myrrh. ana ʒj ß. Spec. hier.
ſimpl. ʒiij. Maſtich. ʒj. Cinamom. el. ʒj ß.
calam. aromat. Rubiæ tinctor. ſem. citr.
ana ʒj. omnia in puluerem redigantur &
cum ſyrup. de Artemiſ. fiat maſſa, doſis
ʒj. bis in menſe, aut ℈j. alternis diebus.

Ex Topicis balnea humida & relaxantia vel pro inſeſſione facienda, vel ad fotum regionis vteri ad menſtrua prouocāda vſurpantur: Eo maximè tempore cum B menſes inſtant: diebus aliquot repetitis manè & veſperi per horam vnam. Quæ tamen non adeò vt ſudores prouocent, quibus menſes impedirentur, actu calefacere debent.

Paratu facile ſeq. eſt: ℞ Rad. Bryon. Leuiſt. lilior. ana M j. Fol. Sabin. rut. rec. Lauendul. fol. laur. nepit. ver. (quæ alioqui calamenthum montanum vocatur) Artemiſ. ana M ij. Matricar. Baccar. iuniper. ana Mj. coquantur pro inſeſſione C vel pro fotu.

Vel præparetur hoc magis emolliens: ℞ Malu. parietar. branch. vrſin. mercurial. ana M ij. puleg. ſabin. artemiſ. ana M j.

A ſemin. fænugr. lini ana M ß. rad. althæ. M ÿ lilior. M j. coquantur pro inſeſſione.

Vel hoc concinnetur præſertim in pituitoſis: ℞ Saturæ ſabin. artemiſ. puleg. rad. ariſtoloch. rot. ireos cucumer. aſinin. cyclamin. rut. laur. ana M ÿ. Valerian. M j. coquantur pro inſeſſu.

Fiunt quoque ſuffitus ex aromatibus quæ muliebria ducunt.

Efficaciſſimè & citiſſimè menſes mo-
B uent, ſcoriæ ex regulo antimonii reſiduæ, ſi fumus ex iis fiat.

Non minus infeliciter ſuffitus ex ſcoriis ferri ignitis & vrina antiqua & fœtida irroratis, in vterum miſſus, menſes mouet.

Medicus quidam in Francia hunc ſuffitum felici ſucceſſu pluries adhibuit: ℞ zingiber. Fol. laur. & ſauin. conteran-
C tur pro ſuffitu ad interiora mittendo.

Vel ℞ Myrrh. cumin. ana ℥ ÿ. acor. ver. cinamom. galang. macis, ariſtoloch. lõg. ana ℥ j. Miſc. F. puluis, huius portio aliqua ſuper carbones proiiciatur fumuſque in vterum ſuſcipiatur.

Vel

Vel ♃ rad. aſar. ʒj. galban. ʒß. thur. A
ſtorac. ana ʒj. fiat puluis, cuius portio mittatur ſuper carbones.

Vel ℞ galban. ammoniac. ana q. v. proiice ſuper carbones.

Fiunt & ſacculi ex herbis menſtrua prolicientibus qui calefacti paucoq; vino irrorati applicentur, partesq; iis circa vterum foueantur.

Illinitiones in pubis ſeu pectinis regione & lumbis, poſt balnea præſertim factę, illius operationem iuuant: ℞ ol. cheirin. lilior. irin. ana ℥j. Miſc. B

Rel ℞ axung. gallin. anſer. & anat. ana ℥j. ol. amygd. dulc. chamæmel. lilior. ana ℥j ß. ariſtoloch. vtriuſq; irid. aſar. ana ʒj. ceræ nouæ q. ſ. fiat vnguentum.

Item emplaſtrum hoc præparetur: ♃ Lupin. amar. abſinth. elater. ana ℥j. myrrh. ℥ ß. thur. ℈ ij. terantur omnia & cum felle taurino ad formam emplaſtri formetur. Applicetur vmbilico mulieris, mirabiliter menſes ciet. C

Infuſiones in ſinum vteri ſi fiant facilius quàm fomentationes & illinitiones

menſes

A menſes prouocabunt, non autem vſurpandæ quemadmodum & peſſi, niſi apud corruptas.

Infuſio autem hoc modo præparari poterit: ℞ Rad. Rubiæ Aſar. ana ℥ß. Artemiſ. puleg. ana Mj. ſem. Nigell. ℥ß. Lupinor. ℥j. F. decoctio & in ℔ ß. diſſolu. ſucc. ſabin. ℥ij. iniiciatur portio.

Vel recipiuntur per vteri collum ℥ij. B ſucc. raphan. ſylueſtr. extract. cum vino infuſion. Aſar. menſes mirè mouent.

Ex allio contuſo & oleo de ſpica permixto & raro linteolo excepto illoque in vterum immiſſo ſatis potenter ſuppreſſa menſtrua euocantur, vt tali ratione pleriſque mulieribus ad concipiendum etiam via paretur.

Vel ſequens peſſarium adhiberi poteſt, potenter enim menſtruum prouocat: ℞ C Myrrh. Nigell. quæ reperitur inter frumenta ana miſc. F. puluis, ex quo cum triphera magna formetur peſſarium.

Vel ℞ Hier. picr. Myrrh. ana ʒij. croc. ℈ß. ſtyrac. Galban. ana ʒß. mellis cocti ℥j. fiat l. a. peſſus.

Vel ℞ Sabin. Mß. Calamenth. Nepet. exicc.

exicc. ana Pij. Troch. de Myrrh. ʒij. ſty- A
rac. calam. ʒijß. rubiæ tinctor. ʒj. Ladan.
℥ß. gumm. ammoni. diſſolut. in vino ℈ij.
trita cum ſ. q. mellis fiant duo peſſi linteo
raro obducti.

Alius etiam peſſus maximè appropriatus conficitur ex fell. hirc. vel vaccin. ℥j. Aſar. agar. cinam. ana ʒj. ſucc. Mercur. ℥j. coquatur ſuccus cum pauco melle, & ſimul incorporata reducantur in formam B vnguenti, ex quo peſſus conficiatur, qui linteo raro inueſtitus filo ligandus eſt, quo poſſit poſt vnam vel alteram horam extrahi.

Efficax peſſarium ſequens eſt, quod ℞ Myrrh. ℥ß. ſem. Nigell. ʒiij. Agaric. ʒj. ſal. nitr. ʒß. cum ſucco braſſicæ in paſtam redigatur pro peſſario. Si addatur troch. alhand. ʒß. fiet eo potentius.

Si matrix induruerit adeo, vt præmiſ- C ſis medicamentis menſtrua educi haud poſſint: ℞ Fel tauri aut aliud fel & puluerem nitri, & cum ſucco apii vel hyſſop. miſc. & intingatur lana carminata vt ſit dura, vt in vuluam immitti poſſit.

Sub pedibus, ſi ſmegma ſale communi

& ma-

A & matricaria in æquali portione contemperatum, tribus vicibus quoque ligetur, menſes prodibunt.

Atque tantum de Pharmacia. Nunc ad Chirurgiam, in qua venæ ſectio in pede facta, primum locum obtinet, præſertim ſi eo tempore, quo menſtruus fluxus inſtat fiat.

Aperitur autem communiter vena ex B pede non quæ ſub malleolo ſeu talo eſt, vt plerique faciunt chirurgi, ac ſæpè fruſtrà, quia ſanguis non fluit propter venæ exilitatem, ſed circa talum ea nimirum quæ pedem perreptat, quia & magna eſt, & facilè funditur, in eo pede vbi hę venæ magis turgidæ videntur: quam & priùs in aqua feruida & poſtea quoque cum ſecta eſt, vt vena magis pateat, ſanguisque citius fluat immergere & tamdiu retinere debent Sed & in poplitis regione ſi ſece- C tur melius proderit, citiusque ſanguis effluet. In vtroque pede eodem tempore, vel in vno manè in altero veſperi facta potentius adhuc operabitur.

Si fœmina plethorica ſit, ſanguis eſt mittendus in medio menſe ex brachio, & iterum

&iterum biduo triduovè antequam flu- A
ant,ex pede; ſin minus, ſat erit biduo antè tempus fluxionis venam pedis tundere.

Sanguiſugæ tale appoſitæ ſi ſanguinẽ ſugant copioſum, venæ ſectionem ex parte ſupplere poſſunt.

Cucurbitulæ circa talum in cruribus, in poplite coxarum interiore ſede, & in pube quoque eodem nomine adhibitæ, B
ſanguinem eo rapiunt, præſertim ſi accedat ſcarificatio.

Ligaturæ factæ in coxis & pedibus, itẽ frictiones fortes per vniuerſum pedem deorſum factæ idem præſtant.

Si his vltimò congreſſus licitus accedere poſſit, eò facilius virginibus menſtruũ fluxum commouet. Atque hæc de menſium defectu ſufficiant.

C

CAP. II.

De menſium Profluuio.

Equitur nunc menſtruum profluuium ſeu fluxus nimius, Galeno ἔμμηνος ὑπέρκρισις dicitur.

Hic

A Hic ſanguinis fluxus quamuis non ſit planè præter naturam, quemadmodum aliæ hęmorrhagiæ, præter naturalis tamẽ ſit, ſi tempore quo alioquin menſes fluere ſolent, diutius maiorique quantitate effluat: vel ſi alio tempore intermedio, quo nondum fluere debebant, nec dum fluxus inſtabat, intempeſtivè & inordinatè eueniat.

B Eſt autem menſium profluuium immodica ſanguinis per vterum euacuatio, ſiue ea fiat vno impetu, ſiue iuſtò longius orta ab expultrice totius corporis, vel præcipuorum viſcerum ſtimulata, aut retentrice vteri, venarumq; ac ceruicis eius debilitata.

In hac immodica purgatione eædem partes, quæ in ſuppreſſione expoſitæ ſunt, læduntur, neque vlla eſt variatio ratione C partium læſarum, ſed tantum ratione excretionis; In illo enim affectu ſanguis ſupprimitur, in hoc verò ſanguis nimiũ profluit. Quemadmodum igitur ſuppreſſio menſium ſymptoma, in excretorum retentione, ſic hic fluxus ſymptoma eſt in excretorum nimia profluxione.

Purga-

Purgationis menſtruæ immoderatio- A
nis tres cauſæ ſtatuuntur: ſanguinis quantitas vel qualitas; viarum per quas fit vacuatio rarefactio & apertio; & facultas vaſorum retentrix imbecilla, expultrix robuſta.

Sanguis largior prouenit à victu pleniore & euchymo beneque temperato ſanguinem copioſum progenerante, vita otioſa, libera & tranquilla, aëre clementi, qualis vere & regione temperata exſiſtit, B
balnearum moderato vſu potiſſimum à cibo conſuetarum vacuationum ſuppreſſione, præcipuè ſanguinis ſomno mediocri & vita curarum experte.

Qualitas ſanguinis ferè in tenuitate acredine & feruore conſiſtit, qualem ſanguinem efficiunt: calidorum occurſus, & calidorum eſculentorum potulentorumque nimius vſus, videlicet ſi cibi per ſe calefaciendi multumq; nutriendi, vim ha- C
beant, in quorum cenſu ſunt vitelli ouorum & aues monticulæ, vel nimium aromatis condiantur, ſanguis quoq; maiorẽ accredinem acquirit, ſi ſimul bilis in corpore redundauerit.

A Oſcula venarum aperiuntur ab omni-
bus cauſis procatarcticis venas diſrumpẽ-
tibus ſeu dilacerantibus, vt motu vehe-
menti, ſiue ſit curſus, ſiue ſaltus, ſiue ni-
mia oneris eleuatio & portatio, partus itẽ
laborioſus, fœtus & ſecundinarum violẽ-
ta extractio, effrenis coitus: (multis ex
deſiderio coitus, quod ætas iuuenilis, aut
longa veneris abſtinentia excitat, men-
B ſtrua ſæpè ter in menſe citantur:) vel ero-
dentibus vt aloe largius ſumta, quemad-
modum & peſſariorum acrium, vel aliorũ
medicamentorum acrium admotione.
Intrinſecus etiam ex acribus humoribus:
vt bile, pituita ſalſa, vel alio humore vitio-
ſo mordaciq; & ſanguine corrupto, ero-
ſione venæ perforantur, vel multitudine
C diuelluntur, præſertim ſi medicamenta
vrinas & menſtrua pellentia ſimul vſur-
pentur. Profuſiſſimè autem hic fluxus fe-
rè accidit, ſi magna ſanguinis vel puri aut
impuri quantitas ob ſuppreſſa menſtrua
congeſta, ſubitò venas aperiens, magna
vi erumpat.

Signa ſunt præter frequens & immodi-
cum profluuium color fœdus faciei, laſſi-

tudo corporis & virium debilitas, inappetentia, cruditas, tumor pedum, aut totius corporis œdematoſus. Si viſcera & corpus totum affecta ſint, fluor eſt copioſior: ſi ſolus vterus, parcior. A

Si à ſanguinis copia perfectè color eius rubicundus erit, ſin à commiſtione aliorum humorum magis decolor apparebit, & pro qualitate quorumuis humorum ſigna ſe prodent, quæ in præcedente capite expoſita ſunt. B

Maioribus vaſis ruptis confertim ſanguis promanat: minoribus verò apertis ſenſim: ab eroſione non ſolum paulatim, verum etiam maximo cum dolore effluit.

Profluuium menſium prout magnum eſt magna quoque producit incommoda; Si enim non ſatis maturè ſiſtitur, inducit teſte Hippocrate languorem corporis, cachexiam, hydropem, conuulſiones, animi deliquia & ſyncopen, imò interdũ mortem. Et ſi ſubitò magna fiat ſanguinis profuſio, ſicuti poſt diu ſuppreſſos prius menſes nonnunquam accidit, vires admodum proſternuntur & nonnunquam C

A penitus extinguuntur. In fluxu muliebri, ſi conuulſio & animi defectus aduenerit, malum. Porro immoderata ſanguinis fluxio in ſeneſcentibus mulieribus lethalis vtplurimum: in iuuencula admodum periculoſa ſi perſeuerat, quia ad hydropẽ terminata, ſi difficilem partum ſequatur, quamuis periculo non careat, non tamen tam repentinum periculum inducit, quã B ſi abortus cauſa fiat.

Fluxus hic immodicus, ſi grauiores affectus non inducat non temerè aut per vim erit ſupprimendus, ſed pedetentim, & quidem tum demum, cum vires deiicit, & noxæ grauiores iam inſtant. Primò itaque curatio inſtituẽda per ea quæ ſanguinem ab vtero aliò retrahunt & deriuant: quæ eum puriorem, craſſiorem & minus fluxilem reddunt, & vias per quas C eò defertur intercipiunt, vel proprietate quadam incognita agunt. Venæ ſectio in brachio vel manu aliove in ſuperioribus loco aperta reuellit, ſanguinis ruentis impetum ab vtero. Exigua autem vt ritè fiat, illius quantitas emittenda erit, & ſucceſſiuè per vices hoc potius faciendum. Facta

reuul-

ſione ſi ſanguis adhuc exuperet, nobisq; A
metuendum ſit ne eius copia, denuo profluuium immodicum inuehat, per repetitam euacuationem tantum detrahatur quantum natura commodè ferre queat. Cucurbitulæ magnæ ſubter mammillas ante paſtum affixæ, quoq; admodum reuellunt, cum venæ harum cum vteri venis magnum conſenſum habeant. Quæ & dextro hypochondrio, vmbilici regio- B
ni, ſcapulisque affigi poſſunt.

Ligaturæ frictionesque in extremitatibus in partibus ſuperioribus factæ, reuellendo proſunt.

Purgantia exhibentur, ſi ſanguis impurus ſit. Commodius autem ad præcauendum, antequam ille fluor ſuperuenit, aptantur, cum ſi in fluxu adhiberētur, ſanguinem magis commouerent. Si igi- C
tur purgatio ob conſtipationem requiratur lene aliquod euacuans erit, quod aſtrictionem aliquam poſt ſe relinquat. Quale ſequens eſt:

℞ Rhabarb. el. ʒij. Miv. cyton. ſimpl. ʒj. aq. plantag. ℥iij. miſceantur.

Vel ℞ Fol. acetoſ. portulac. ana M ß.

A prunor. Damaſc. Iuiub. Sebeſt. rec. ana ℥ß. flor. nymph. bugloſſ. ana P.j. coquantur in aq. communi, colaturæ ℥ vj. add. ſyr. ex infuſ. roſar. pallid. ℥iij. pulu. rhabarb. ſel. ʒ ij. Miſc. pro 2. doſibus.

Item tryphera Perſica ad ℥ ß. exhiberi poteſt, cum aſtringentia multa eius compoſitionem ingrediantur.

B Alterantia quæ exhibentur refrigerãdo, aſtringendo, incraſſandoque ſanguinem ſiſtunt.

Cibus debet omni acrimonia & mordacitate carere, acria proin, aromatica, & ſalſa vitanda ſunt: vtantur cibis & potionibus auſteris, aſtringentibus & deſiccãtibus, aſſis potiùs quàm elixis, item comedant oryzam. Ex carnibus vitulinam, leporinam; è volatilium genere commen-
C dantur galli gallinacei, gallinæ, ſturni, perdices, merulæ, turdi, aliæq; paruæ aues montanæ. Piſces, cancri maximè, vitẽtur vel eorum vſus moderatus ſit.

Fructibus veſcantur aſtringentibus, crudis vel coctis vt cydoniis, pyris auſteris, cornis, ſorbis, meſpilis, moris, rubo, rubo Idæo, prunis ſylueſtribus, fragis, berberis,

:beris, ribib. myrtillis. Ex oleribus con- A
niunt portulaca, lactuca, endiuia, o-
nesque Intybi ſpecies, acetoſa, planta-
, & ſimilia refrigerantia. Cibus omnis
quatur ex aqua chalybeata, manè & ve-
eri parentur iuſcula ex aq. roſar. & vi-
ll. ouor. Potus ſit vinum rubellum in
uo candens aurum crebrius ſit extinctũ.
ac item amygdalar. dulcium ex aqua
halybeata & rotulis manus Chriſti per- B
atis conflatum. Vinum contemperetur
q. plantag. inſtillando ſimul olei victrioli
q. ſ. pro ſuaui aciditate. In potum ſemper
iniiciantur grana maſtichis ſelecta ad 30.
vel 40. incluſa linteolo.

Ex medicamentoſis ſequens Iulapium commendatur. ℞ Syr. de portulac. ℥jß. ſyr. roſar. rubr. ſicc. myrtillor. ana ℥j. papau. ʒvj aq. plãtag. ℥ij. roſar. ℥ij. nymph. ℥j. Miſc. bibat 3. vicibus. C

Probata eſt etiam potio ſeq. quæ recipit aq portul. ℥ij ſyr. portulac. ℥jß. troch. de Karab. de terra ſigillat. an ʒj. lapid. hæmat. ʒß. Miſc. dentur ſingulis diebus cochlearia 2. vel 3. ante paſtum.

Aut ℞ ſucc. vrtic. depurat. ℥. iv. ſyrup. portulac. ℥jß. Miſc.

A Decoctum hyperici ex vino manè & veſperi ſumptum, multis fluxum ſuppreſſit.

Equiſeti decoctio eodem modo in menſium muliebrium abundantia, ſummum eſt remedium.

Cornu ceru. & corall. rubr. pulueriſata infundantur in aquam fontanam, quam fœminæ bibant, cauendum autem ne B cornu cerui nimium ſumatur, aliàs nimiũ fluxum conſtringeret.

Mulier quædam diuturno fluxu menſtruo laborauit, hæc maximo ſuo commodo radicem ſpinæ ſylueſtris in aq. decoxit eamq; aquam bibit.

Foreſtus refert de muliere quadam, quod menſes copioſos ita habuerit, vt in ſyncopen quaſi inciderit, nec vllis modis reſtringi potuerint, eam tria cochlearia C aq. plantag. cum tribus cochlearibus vini rubri adiecto vitello vnius oui leuiter ebulliiſſe, eamq; miſturam tribus diebus omni mane abſorbuiſſe, ſicque fluxum illum enormem ceſſaſſe.

Vel hoc decoctum paretur: ♃ ſigill. beat. Mar. millefol. burſ. paſtor. roſar. cũ

tot.

:. piloſel. an. Mj. ſem. acetoſ. plantag. A
anor. myrt. ſumach. an. ʒj. lentium ex-
rt. gumm. Arab. an. ʒß. rad. nymph. ci-
n. ʒiij. conſolid. maior. ʒß. nuc. moſch.
ʒ. coquantur in vini rub. ℔ ß. & aq. plan-
g. ℔ j. poſtea dulcoretur decenter ſac-
haro.

Vel vinum hoc: ℞ rad. biſtort. tormen-
ill. acor. paluſtr. conſolid. nymph. an. ʒvj.
ol. roſar. rubr. Mj. cort. granat. ʒß. Miſc. B
F. puluis, qui nodulo incluſus in vini mē-
ſuram infundatur.

Vel in forma pulueris: ℞ rad. nymph.
℥ß. cortic. granat. ʒiij. Miſc. F. puluis, de-
tur ʒj. manè & veſperi cum vino.

Vel dentur in vino rubeo de puluere
exuſti leporis iuuenis, & illico ſubſiſtet
fluxus ſanguinis menſtrui.

Sequens puluis à Foreſto magni fit: ♃
Turturem moderatè pinguem ab inteſti- C
nis & fecibus repurgatum, eum depluma-
tum laua in vino rubro & aq. roſarum.
Deinde ℥j. maſtichis in ventre pone, rur-
ſus aſſuendo ne elabi poſſit, atque ita veru
ad ignem rota & inter aſſandum loco bu-
tyri aceto roſaceo aſperge. Poſt perfectā

A aſſationem turturem ab igne & veru depoſitum, inque ollam nouam vitreatam coniectum, orificio luto philoſophicè obturato in fu: num calidum demitte, vt turtur perfectè exſiccari poſſit, poſtea vna cum oſſibus & carne in pollinem tenuiſſimum redigę. Huius pulueris magno commodo dedit omni mane co-
B chlear vnum modò cum aqua plantag. modò cum alio decocto conſtringente. Pinguedine reſeruata inter rotandum exſtillata, imum ventrem, tum pectinem, inguina & regionem renum vt inungerēt mandauit.

Puluis florum vrticæ mortuæ commēdatur à multis. Mirificè ſiſtit omnem ſanguinis fluxum puluis qui recipit ſpongïæ
C lotæ & exuſtę, ac ſecundo in aq. plantag. ablutæ ℥ij. raſur. ebor. corn. ceru. ana ℥jß. roſar. rubr. cortic. citr. an ℥j. gallitric. cyperi an. ℥ij. ſacchar. roſ. tabul. ℥ij. Miſc. F. puluis.

Vel ℞ Farin. gland. ℥ß oſſium capit. caponum, faucium lucii combuſt. oſſium dactylo. an. ℥j. coriand præpar. roſar. ſicc. aniſ. torrefact. rad. nymph. citrin. ana ℥ij.

raſur.

:r.ebor.ʒj ſem.plantag.acetoſ.ana ʒß. A
igantur in puluerem. Noſtrates nucẽ
landem exiccatum in puluerem com-
nuunt, illamque tribus vicibus cũ ce-
iſia aut vino rubro exhibent.

Radix filipendulæ quoque mirificè o-
nem ſanguinis fluxum exiccat.

Item ℞ Bol.armen. ver. ℈ ij. troch.de
r. figill. ℈ ß. pulu. carab. lapid. hæmat.
gmentorum omnium lapidum pre- B
torum ana gr. 3. Fiat puluis, qui detur
a vice cum vini rubri hauſtu.

Exhibeatur quoq; terræ lemniꝗ ver. ʒj.
m decoct. plantag. & polygon. ana
ß.

Vel ℞ cortic. duor. ouor. recent. aduſt.
ar. maſtich. ana ℥ß. margarit. elect. co-
l. rubr. præpar. carab. ana ʒ ij. lapid. hæ-
at. & ſmaragd. præpar. ana ℈ ß. farin. C
rd. ſine furfur. P. ij. albumin. 4. ouor.
ſi opus fuerit adde parum aq. chalybe-
. & fiant duo panes ſeu placentæ, & co-
antur in furno vt poſſint in puluerem
digi. Doſis huius pulueris eſt à ʒß. ad ʒj.
m iure pedum arietinorum ſummo
anè.

Scoria

A Scoria ferri tenuiſſimè trituratur & aq. roſarum per horas 24. maceratur, ad ignē exſiccatur, eiuſque præbetur ʒj. cum ℥j. conſeru. roſarum.

Vel in forma electuarii : ℞ conſeru. roſar. antiquiſſ. ℥j. ſpodii corall. rubr. præpar. an. ʒj. bol. armen. hæmat. præpar. ana ℈j. Miſc.

Vel ℞. conſeru. roſar. veter. ℥j. diacy-
B don. ſine ſpec. ʒij. rob. rib. ℥ß. pulu. fragm. lapid. pretioſ. ℈j. manus Chriſti cum perlis ʒiij. cum ſyr. de rib. fiat mixtura.

Vel pro ditioribus ℞ corall. rub. ſubtiliſſ. pulueriſ. ambr. citrin. an. ʒj. bol. arm. ʒß ſem. anthor. plantag. ana ℈j. ſyr. roſar. de roſis ſiccis ℥j. conficiatur ſ. a. electuarium.

C Præparentur quoque hæ pilulæ : ℞ Maſtich. trochiſc. de carab. an. ʒß. troch. de ſpod. cum ſem. acetoſ. ℈ij. ſcob. ebor. myrobalan. Indar. pulueriſ. an. gr. vj. corall. rubr. Fl. roſar. rubr. ana gr. v. In pollinem redigantur & cum ſyr. de mentha F. pilulæ Num. ix. quarum ſub noctem tres fœminæ capiant.

Pelliculæ interiores, cortic. nucis auellanæ

lanæ ſylueſtris immediatè ſuper nucleum A
exiſtentes, quoque fluxum ſanguinis abſcindunt.

Quædam mulieres pro arcano habent in fluxu poſt abortum; carnem fumo induratam ad minus vetuſtate annum excedentem, quam minutiſſimè conciſum in patella terrea ſupra ignem torrent & exiccant, vt in puluerem redigatur, dant cum vino rubro, vel alio liquore conſtringente, feruntq; hoc remedio deploratas B
mulieres ex fluxu enormi poſt abortum reſtitui.

Extrinſecus venter & lumbi inunguntur oleis: ex vſitatis ſunt: Roſaceum, myrtinum, cydonior. maſtichinum & ſimilia.

Vel in forma vnguenti: ℞. Vnguenti comitiſſ. ℥jß. ol. myrtill. cydonior. roſar. rubr ana ʒvj. bol. armen. ſangu. drac. ana C
ʒj. balauſt. ʒß. acet. roſac. parum, paratur vnguentum, quo regio pubis perinæi, renumque oblinatur calidè.

Sequens cataplaſma ventri & lumbis loque apponi poteſt: Micam panis cum anthii floribus in cereuiſia coque, poſtea

A ea adde maſtich. aniſ. cymin. ana ℥j. ol. myrtin. ℥j ß. agitentur inuicem.

Reinerus Solenander experientia cõprobauit, ſi pulueris gipſi ℔j. cum gummi Arab torrefacti ʒ x. & quatuor albuminibus ouorum quaſſetur, & cum faldellis de cotto emplaſtrentur partes à medietate ſpinæ vſque ad finem, omnem muliebrem fluxum abſcindi vno die.

B Inſeſſiones quoque accommodantur huic malo, quæ ex decoct. rad. biſtort. pentaphyll. Fol. quercus, heder. flor. roſat & ſimilibus aſtringentibus parari poſſunt.

Vltimò etiam ſuffitus ſanguinis fluxũ reprimunt: Vt ♃ thur. maſtich. ana ʒij. gumm. tragacanth. ℈iiij. vngul. equi ℥j. Miſc. Huius pulueris parum ſupra carbones proiiciatur, & fumus per ſellam perforatam excipiatur.

C Ad nimium fluxum menſtrui, refert Mizald. in centur. ſuis, nihil adeò iuuare ſeu reſtringere (licet Auicenna oppoſitũ dicat) quam fumum ſeminis ſinapi, ſi per inferiora recipiatur.

Suffitus ranarum combuſtarum egregiè

giè quoque menſtruum fluxum reti- A
net.

Saluia ſuffita menſes etiam ſiſtit.

Atqui hæc quoque de profluuio men-
ſtrui ſanguinis.

CAP. III.

De fluore vterino.

CVM præter menſtruum fluxum mu-
liebri ſexui etiam accedant alia vteri B
purgamenta, ſiue illa alba, ſiue alterius
coloris ſint: de iis quoque hoc loco agen-
dum erit. Vteri hæc purgamenta vulgus
albos flores, albas matricis ſuperfluitates,
album fluxum, fluorem vterinum appel-
itat. Galeno ῥοῦς γυναικεῖος dicuntur.

Sunt autem hæc vteri purgamenta, re-
rementorum ſeu corruptorum humorũ
niuerſi corporis per vteri ceruicis venas
ıanifeſtiores, expurgatio, in quibuſdam C
ſiduè ſine intermiſſione, in aliis per cir-
ıitus ſed vagos & incertos, nulloque or-
ne eueniens, diuerſi coloris, modò can-
di, modò viridis, modo citrini, orta à
tioſorum humorum copia aut maligni-
te, & facultate expultrice nimium con-
ata, & retinendi facultate imbecilla.

Eſt

A Eſt hic fluxus quoque ſymptoma in genere excretorum in qualitate & quantitate peccantium. A triplici fonte hic fluxus oritur;ab vtero nimirum,à principalioribus corporis interioribus viſceribus,ac ſanguine & alimenti prauitate.

Ab vtero prouenit, cum proprium ſuum nutrimentum non digerit, ſed vel crudum relinquit, vel inde varia excre-
B menta progignit, quæ dein natura propellit foras. Crudum alimentum manet, ob vteri intemperiem frigidam, vel eius imbecillitatem innatam, aut aſcitam, ab vteri geſtatione,à partu graui,à contuſione,vel alia caſuum exteriorum vi,quo etiam referri poſſunt dolores, frequentes coitus & excretricis facultatis nimia ſenſibilitas,vel vteri eroſionem exulcerationemque. Degenerat alimentum in varia
C excrementa, vel ob intemperiem calidã præternaturalem, quæ exuſtione aut putredine aut alia maligna vi loco optimæ concoctionis recrementa fœda,varieque colorata gignit.

A principalioribus corporis interioribus viſceribus & ſanguine exurgit, cum alimentum

alimentum non perfectè ab iis elabora- A
tur, ſed in crudum, ſeroſum vel aliter vi-
tioſum ſuccum & ſanguinem conuerti-
tur, qui humor & ſanguis prauus, tunc in-
trinſecus in viſceribus & vaſis collectus
grauat naturam, à cuius onere ea ſe leuare
cupiens conuocatis vndique viribus, re-
crementa illa ſanguinis ad vterum tan-
quam corporis ſentinam tranſmittendo
per eum ſe exonerat, eoque citiùs ſi vteri B
ſimul adſit imbecillitas. Natura verò hoc
interdum per ſe præſtat, interdum ad ho-
rum expulſionem aliunde ſollicitatur.
Sic mulieribus nonnullis interdum, qui-
bus ante eiuſmodi humores per vterum
nunquam prodierunt, ſumptis medica-
mentis purgantibus, aut inſeſſione ther-
marum vſis, hic affectus ſuperuenire ſo-
let. Atque hæc cauſa in viſceribus ſubſi-
ſtens frequentius hunc affectum induce- C
re ſolet, quam ea, quæ in vtero.

Ab alimentis quoque originem fluxus
trahit, ſi talium continuus ſit vſus, quæ
eiuſmodi ſuccum crudum, vel vitioſum,
aqueum gignere poſſunt. Inter quæ
præcipuum locum obtinent fructus ho-

E tarii

A rarii & lacticinia. Verum quod citra cruoris permiſtionem humor ille venas permeet hoc ideo fit, quia fluxus ille extra tempus, quo natura eas ad fluxum menſtruum excitandum ſanguine implere ſolet, & proin eo veluti deſtitutæ ſunt, euenit. Vti & quia natura ſanguinem ab impuritate hac ſegregans, ipſum tanquã vtilem retinet, excrementa hæc verò tan-
B quam vitioſa eiicit.

Externę cauſæ multæ ſunt: imprimis eſt aër frigidus & humidus, dein mœror, conſummatum otium, hac ratione fit, quod mulieres agreſtes rariſſimè tententur hoc morbo, quo vrbanæ nobilioresq; noſtræ fœminæ ob nimium otium, itemque varia eduliorum genera contabeſiunt.

Fluxus hic differt à menſtrua purga-
C tione, colore, ſubſtantia, odore & profluendi tempore ac ordine: Quippe in mẽſtrua purgationę ſincerus ſanguis emanat, hic verò fluxus corruptus apparet; licet aliquid rubicundi ſimul excernatur, illud tamen ſanies eſt: Menſtruus ſanguis grumeſcit, liquor in hoc fluxu prodiens liquidus

uidus permanet: In hoc fluxu vteri ori- A
um externum ſiue pudendum madet
moribus, quod in menſtruo fluxu non

.

Diſtinguitur à gonorrhœa quod mẽ-
iis procedentibus ſiſtatur, gonorrhœa
ò non ceſſet, ſed cum his & mox ab iis
iliter perſiſtat, & quod id quod in go-
rhœa effluit, ſit craſſius multò quam
terino fluxu.

Cæterum humor in hoc fluxu interdũ B
is eſt ac pituitoſus, ſero lactis aut pti-
æ cremori perſimilis, ſæpè autem a-
ſus prodit à ſeroſorum humorum co-
, nonnunquam flaueſcit à bilioſa col-
e, rarò nigricat, quoniam melancholi-
humor ſua natura torpidus eſt, quod
ber ſit, haud exquiſitè ruber, ſed lo-
e carnis ſimilis exiſtit: nonnunquam
m ſubuiridis ac fuliginoſus, ſubindeq; C
s & erodẽs. Atq; is rurſum modo gra-
lens eſt, modò odore nullo moleſtus.

igna generalia nullo habito reſpectu
æ partis præcipua ſequentia ſunt: Co-
aciei eſt obſcurus & decolor, appeti-
ad cibum eſt proſtratus cum nauſea
ſtidio, ſpirandi difficultas fatigat le-

A uiſſimo etiam facto exercitio vires deiiciuntur, oculi ſunt prætumidi nunc cum dolore, nunc citra dolorem, pedes tumẽt, corpus contabeſcit, vtplurimum fœminæ triſtes ſunt, vrinæ harum ſunt veluti aſininæ. Aperit item hæc affectio os vteri, & laxat, ita vt frequenter ipſum excidere contingat. Quibuſdam purgamenta hæc cum vteri vlcere accidunt, aliis verò citra B ipſum. Si cum vteri vlcere fiant, viri congreſſum non patiuntur, aut ſaltem grauiter ferunt. Si citra vlcus purgamenta cõtingunt, licet viri congreſſu non delectẽtur, minimè tamen offenduntur.

Specialia ſigna petuntur vel ab vtero, vel à principalioribus corporis interioribus viſceribus & ſanguine vel ab humoris excreti idea, vel ab alimenti prauitate.

Si ab vteri vitio fluxus eueniat, fœminę plerumque boni ſunt coloris, ac nihil ali-C ud præter leuem quandam imbecillitatẽ perſentiunt. Præceſſit etiam difficilis partus ictus, caſus ſupra vterum, aut dorſum vel partes vicinas, vlcus aut tumor præter naturam in ipſo vtero, item medicamentum aliquod forte ex vterinis intus, aut

extra

extra adhibitum. Adeſt quoque ſenſus A
manifeſtus intemperiei calidioris, aut
frigidioris, & rurſus nimia ſuppreſſio vel
nimia menſtruorum profuſio. Fluor in
ſolo vteri affectu etiam eſt parcior & peculiaria
vteri ſymptomata ſimul vrgent.

Quod ſi ex principaliorum corporis
nteriorum viſcerum & ſanguinis vitio
luor proficiſcatur, corpus grauitatem B
ꝺontaneamq; laſſitudinem perſentit, à
ua leuatur copia recrementorum excre-
ı:& rurſus grauari incipit, donec denuo
iquid expellat. Quod etiam dignoſci-
r ex venarum plenitudine & tenſione,
ex torpore pedum, crurum ac manuū.
æterea cum humores acres ſint, præter
orem, calorem, pruritum & mordaci-
em non leuem in vniuerſo corpore C
ſentiſcunt. Quodnam autem viſcus
:aliis læſum ſit cuiuſuis membri ſym-
mata, quemadmodum & excremēta
ıue parti propria, monſtrabunt. Ex-
ɔl.gr. Iecoris dolor, calor & tumor cū
ementis biliosis, iecur eſſe affectum
ɔitabunt. Pituitoſa item recrementa,

A inappetentia, aut aliquãdo ingens fames, frequens ciborum in ventre corruptio, & ructus crebri, certiſſima ſunt ventriculi affecti indicia. Ad hanc imitationem reliquarum partium læſiones iuxta ipſarum proprietates inquiri poſſunt.

Qualis verò humor in cauſa ſit ex excretione dignoſci poteſt. Quemadmodũ Galen. *lib. 6. de ſymptom. cauſ. c. 4.* exempl.
B gr. Si excrementa aquea ſint à ſeri in ſanguine copia, ſi pituitoſa à crudo ſanguine eò deriuata, ſi ſanioſa à ſanguine nonnihil tincta, procedunt: quibus ſi alii humores excrementitii permiſceantur, tunc pro horum ratione colore alieno hoc illovè fluor imbutus eſt, atque ſi acres ſint eiuſmodi humores, vel ſerum quod effluit admodum ſalſum, tunc & fluxus ille irritando & vrendo, interdum in locis qui-
C bus adhæret pruritum ardoriſque ſenſum parit, & ſi diu durat, aliquando & ea exulcerat. Aliàs verò ſi acredinis expers ſit, ſine ſenſu inſtar aquæ vel albuminis oui conquaſſati profluit. His ſi adiungantur ſigna in generali Pathologia expoſita, quę quis humor in corpore exuperet, demonſtrant,

ſtrant, certò in humoris peccantis cogni- A
tionem venire poſſumus.

Prauitas alimenti colligitur ex alimentorum prægreſſorum qualitate & eorum vſu inconuenienti.

Fluxus hic licet in quibuſdam citra noxam grauiorem diu ſæpè perduret, vt mulieres virginesque hunc, incolumes alioquin, ſæpè multis menſibus, vel etiam
annis ferant: tandem tamen periculo ple- B
nus fit, dum ſæpenumero vterum exulceret vel illum procidere faciat, itemq; iecur & reliqua membra principaliora adeò corrumpat, vt malus corporis habitus ſeu cachexia aut hydrops & tabes ſæpè ſubſequantur. Sterilitas item in multis mulieribus (licet in aliquibus in conceptu nullum impedimentum adferat) hinc occaſionem ſumit, vt in capite, de ſterili-
tate inſcripto, prolixius expoſitum eſt. C
Præterea quam primum excrementa fœtere incipiant turpitudo hæc maritis ſæpe tale faſtidium, vt ab ipſarum conſortio abſtineant, parit. Malum hoc cunctis ætatibus eſt commune, maximè corruptis iam fœminis & quæ pepererunt, licet vir-

 ginibus

A ginibus etiam ſæpe accidat, præſertim quæ ſalaces ſunt, quæque præ humiditate vaſa ſpermatica laxa habent, ac ſemen aquoſum emittunt. Fœminæ hoc malo detentę neque viris gaudent, neque viri concubitum deſiderant, neq; vllam percipiunt ſemine excreto delectationem. Fluxus liuidus & cruentus aut fœtidus, deterior ab Aretæo habetur, quàm qui B pallidus, albus aut purulentus fuerit. In genere difficilimè hic affectus curatur, quia vterus prompte recipit aliarum partium excrementa, tum ob ſitum inferiorem, tum ob multitudinem venarum eo pertingentium, tum etiam propter conſuetam illam naturalem purgationem. Quo fluxus hic diutiùs durauerit eo ægrius integrè tolletur.

Ne tamen miſerum muliebre genus C ſub huius affectus tyrannide plane intereat, curatio inſtituatur ſequenti modo. Primo prouentus excrementorum, proſpiciendo ſimul ventriculo & hepati, impediatur, atque è corpore educatur, ſimulque ab vtero diligenter reuellatur. Deinde vterus exiccetur ac roboretur,

ne

ne tam facilè rurſus excrementa excipi- A
at. Quæ omnia huius ſolius fluoris cauſa ſunt. Quod ſi verò alii affectus huic fluori complicentur, qui illi cauſam præbuerunt, vel eum ſequuntur, veluti cachexia hydropis principium, tunc ſimul & hiſce ante omnia proſpiciendum, viſceraq; cõcoctioni deſtinata, quæ labem aliquam contraxerunt, erunt corrigenda. Si ſterilitas inde quoque ſequatur, vtrisque cura eſt accommodanda. Cæterum fluoris B
huius cura eſt per euacuantia & alterantia ſequenti ſerie aggredienda.

Euacuationes inſtituuntur per ſanguinis imminutionem, deiectiones vomitus & diaphoretica.

Sanguinis imminutio cum vnà cũ illo excrementorum portio quoque aliqua educatur, in plethoricis corporibus locũ habere poterit: Quę venæ ſectione & ſca- C
rificatione perficitur.

Deiectionibus per aluum concitatis imprimis corpus purum & mundum ab excrementis redditur, quæ pro ratione ipſorum, prout vel ſeroſa aut pituitoſa magis ſunt, & bile hac illavè aut alio humore

A permiſta,obſeruata maximè corporis cõſtitutione, & quinam in eo humores potiſſimum,hiſce euacuandis accommodãtur: admiſcendo in hoc quoq; fluore vti & in aliis ad eum inſuper ſiſtendũ, ſi profuſus ſit, purgantia aſtrictione aliqua prędita.vt exempl. grat.

℞ myrobal.citrin.ʒij.prunor.N.x.rad. cichor.℥j.coquantur in vino,colaturæ ſumantur ℥ij.aq.plantag.℥jß.

B In quibus per noctem in leni calore macerētur rhabarb.el.ʒjß. Fol. ſen. ʒiijß. ſem.aniſ.ʒij.mane colentur,colaturæ immiſc. ſyrup. roſar. ſolutiu. ℥j. Miſc. pro hauſtu.

Vel ℞ rhabarb.el. ʒij.Fol. ſen. ʒij. zingib. galang. ana ℈j. ſem. carui fænic. ana ʒij. Inciſa contuſaque craſſo modo macerentur per 18. horas in aq. plantag. C cichor. vini ana q. ſ. Manè colentur, colaturæ immiſc. elect. diacartham. ʒijß. ſyrup. de Limon. ʒiij. Miſc. pro hauſtu.

Per vices vt humores praui diligenter è corpore educantur fœminæ purgandæ erunt ſequenti infuſo: ℞ Mechoac.

choac.alb.ʒ vj Rhabarb.el.ʒiij.Turpeth. A
gummoſ. ʒ ij. Fol. ſen. ℥ ß. zingib. ʒj. galang.min.ʒß.ſem.aniſ.ʒ ij.ſem.pæon.ʒjß. Nuc.Moſchat. ʒij. Conquaſſata infundantur in vini ℔ ij ß. Bibat manè hauſtum.

Prodeſt etiam ℥ j. conſeru. roſar. cum ʒj. pulu. rhabarb. & gran. 4. maſtichis.

Vel in forma pulueris : ℞ Turpeth. B
gum.℈jß.Rhabarb.el. ℈ ß. tartar.alb.℈j. ſcammon.gr.vij.Miſc.fiat puluis, qui exhibeatur cum vini hauſtu.

Vel in forma rotularum: ℞ rhabarb.el. ſubtiliſſ.puluer.ʒiij.aſpergatur aqua cinamom. & addatur maſtich. puluer. ʒ ß & cum ſacchar.℥iij.in aq. beton. diſſolut.fiant orbiculi.

Alia purgantia ſeroſos, pituitoſos, aliosque prauos humores educentia in C
cachexia, hydrope aliisque morbis à cacochymia ortis exponuntur, vnde illa petenda.

Poteſt quoque, cum pluribus vicibus purgare animus eſt, Elect. diaſebeſt. ℥ ß. cum diaprun.ſimp. ℥ j. per vices exhiberi.

Vomitu

A Vomitu etiam cum crudi & pituitoſi vti & bilioſi humores euacuentur, vomitorii mei aurei ʒiij. maximo iuuamento porrigantur, vel pro robuſtioribus liquoris mei benedicti vegetabil. ʒijß. in lecto dentur.

Item pulu. rad. Imperator. recent. ʒj. cum vino calido exhibeatur.

Diaphoretica, cum per ſudores feroſos pituitoſosque humores abigant, plurimum quoque iuuabunt, inter quæ liquor B meus diaphoreticus quam aliàs aquilam cœleſtem voco, primas obtinet, vel in minori doſi & delicatioris ſaporis ſpiritus meus ſaſſafraſæ ſubſtitui poteſt. Horum quoque defectum ſeq. vinum ſupplere poteſt:

♃ Zarſ. parill. ℥vj. cortic. guaiac. ℥ıv. ſaſſafraſ. ℥ij. rad. chin. ℥j. rad. ireos ʒvj. C galang. ʒij. herb. maioran. beton. ſalu. ana Mj. Flor. roſmarin. lauend. ana P. j. ſemin. aniſ. fænic. ana ʒij. Radantur incidantur & contūdantur ea quæ oportet, addendo vini optimi menſur. x. quarum ſingula trium ſint librarum mercatorum. Sacch. ℔. ij. cinamom. ℥j. macis ʒij. imponantur

in

in dolio. De hoc vino bibant fœminæ duos hauſtus in prandio, totidem in cœna, continuando ad menſem. A

Vel decoctum ex ligno guaiaco, vel zarſa parilla vel palmitibus vitium, item theriaca, mithridatium, ſpiritus tartari & ſimilia propinentur.

Prodeſt etiam ad ingreſſum lecti noctu ſumere ℨj. puluer. ſarſ. parill. in aq. maioran. ℥iij. B

Alterantia exhibentur, quæ humiditates haſce corporis exiccent & abſumant eoq; validius, ſi aqueus & pituitoſus hic ſit fluor, addendo illis ſi immodicus ſit, quæ adſtrictione inſuper prædita, illum etiam nonnihil cohibeant. Qualia multa in menſium profluuii cura expoſita, hic quoque competere poſſunt, attenta tamẽ hac animaduerſione, ne nimis citò in hoc fluxu aſtringentia adhibeantur, & quod remedia magis ſiccare quam aſtringere debeant, quibus & quæ vtero ſimul appropriata ſunt permiſcentur. C

Cum autem viuendi ratio medicamẽtis cõgruere debeat, & ea exactè obſeruata per ſe plerunque morbum excindat, ea hic

A hic ſimul delineanda eſt. Aër ad ſiccitatem inclinet, vitentur omnia ſalita & acria, item intensè frigida & humida, cibus ſit parcus attenuans ſiccansque minimeque excrementitius, ex montanis auiculis iisq; aſſis. Comedant quoque vrticam mortuam in acetariis. Potus moderatus ſit, ex vino potiùs quam cereuiſia, otioſam ſedentariamque vitam fugiant & laboribus
B ſe aſſueſcant. Somnus non ſit nimis longus. Cætera repetantur ex capite præcedenti.

Ex medicamentoſis pulueres ſeq. fluxum hunc efficaciter exiccant: ℞ Nuc. Moſchat. ℥ ij. limatur. ebor. ℥ j ß. ſuccin. alb. ℈iiij. rad. ſigill. ſalamon. ℥ ij. biſtort. ℨj ß. ſeſel. ℈ij. caryophyll. ℨij. corall. albor.
C rubr. an. ℨj. Flor. Sclareæ trifol. alb. ana ℨj. Pulueriſentur ſubtiliſſimè, pulueris huius ℨj. vel perſe vel cum vino rubro ſtiptico, vel chalybeato, vel in aq. plantag. & vini rubri calefacti partibus æqualibus porrigatur.

Vel ℞ Granor. Chermes ℨiij. Nuc. moſchat. toſt. ℨj. thur. alb. ℨß. Miſc. F. pulvis.

Vel

Vel qui recipit oſſium dactylor. toſtor. A ʒij. nucleor. granator. acidorum vel roſar. ʒj. cortic. interior. lanuginoſ. caſtanearũ ʒß. F. puluis.

Ex vſu quoq; eſt & experimento comprobatum, ſingulis diebus ʒj. radic. filipẽdul. virentis cum vino nigro exhibere.

Detur quoque ʒj. puluer. radic. mor. cum vino nigr. quod ſingulare beneficiũ præſtat.

Item confert fœminis ſummo mane B exhibere ʒ ß. huius pulueris, qui capit lapid. hæmatit. torrefact. corn. ceru. vſt. corall. rubr. ana ʒj ß. Irrorentur omnia aq. roſacea aut chalybeata, & ſole iterum ſiccentur.

Commendatur & hic puluis. ℞ Farin. glandium ℥ ß. oſſium capit. capon. & faucium lucii combuſt. oſſium dactylor. ana ʒj. ſemin. Coriandr. præpar. roſar. ſiccar. Aniſ. torrefact. rad. nymph. citrin. ana C ʒij. raſur. ebor. ℥j. Pulueriſentur ſubtiliter.

Sequenti puluere Foreſtus multas fœminas ſanauit: ℞ Faucium Lucii capitis caponis exſiccat. in furno ana ℥ ß.

oſſium

A oſſium dactylor. ʒij. coriandr. præparat. ſem. aniſ. torrefact. an. ʒj. rad. nymph. ʒß. ſacchar. roſac. ℥iij. detur ʒj. cum vino rubro.

Vtantur etiam fœminæ diebus aliquot cornu cerui vſti cum acacia & diatragacantho ex vino. Item corallior. rubr. vel ſemin. vuæ ʒj.

Prodeſt etiam & multis probatiſſimũ B remedium repertum eſt, quod conſtat cremore ſeminis lactucæ prius macerato in aq. exſtinctionis chalybis, ſacchar. ℥jß. addito puluere eboris in tenuiſſimũ puluerem redacto, quod fœmina ſummo mane tertio quoque die ingerat.

Exhibeatur quoque ſuccini farina cũ ouo ſorbili.

Si prædicti pulueres cum hoc vel ſimili decocto exhibẽtur validius operantur.

C ℞ Piloſell. roriſmarin. caud. equin. roſar. meliſſ. menth. burſ. paſtor. plantag. ana Mß. rad. conſolid. maj. nymph. citrin. ſigill. beatæ Mariæ an. ʒij. ſem. Agn. caſt. carpobalſam. granor. myrth. acetoſ. ana ʒjß. Decoquantur in vino rubro & poſtea affundantur aq. acetoſ. & plantag. ana.

Leonellus

Leonellus Fauentinus propinat aquam A deſtillat. Anthoræ de roſis albis.

Vel ℞ menſuram vnam lactis caprini farin. fabar. & radic. lilior. albor. contuſ. q.ſ. coquantur inuicem. Bibat de hoc decocto.

Item ignitus ducatus vel alius nummus aureus extinguatur in vino, vinumq; hoc propinetur.

Quemadmodum & ſantalum rubrũ, B in vinum, quod fœminæ bibunt, infundatur.

Exhibeatur quoque vinum rubrum ſtypticum in quo chalybs ignitus pluries extinctus eſt, in vini huius ℥iiij. gumm. Arabic. tragacanth. an. ʒ ß. diluatur.

Probatiſſimum eſt coaguli leporini ʒj. cum decocti folior. quercus hauſtu dare per x. dies: hoc medicamento Hierony. C Mercurialis, ſe inueteratos fluxus curaſſe teſtatur.

Electuarium cynosbati à multis valde approbatur quod hoc modo confici poteſt. Exime acinos & muſcum intus latẽtem & præpara reliquam materiam ſaccharo, ſicut ſolet confectio fieri, adiicien-

A do etiam cortices citri minutim conciſos. Vtatur de hac mixtura magnitudine caſtaneæ nucis.

Foreſtus ſeq. bolum deuorandum mulieri bilioſæ exhibuit. ♃ Albumin. oui recent. & non coct. Nu. 2. thur. maſcul. bol. armen. terr. ſigillat. ana ʒß. Miſc. F. bolus.

Pilulæ de bdellio vti in aliis fluxibus, ita & in hoc ſæpius ſumptæ commendantur.

B Extrinſecus adhiberi poſſunt thermæ ſulphureæ vel in earum defectu balnea artificialia ſubordinari poſſunt : inter quæ hoc non poſtremas vires obtinet: ♃ ſalu. matricar. artemiſ. beton. ana M ij. ſemin. fœnic. ℥ j. tartar. vini ℥ v. Alumin. ℥ ß. Flor. chamæm. ſambuc. Lauendul. ſtœchad. ana M j. Coquantur in aq. addito pauco lixiuio & vino pro fotu.

C Vel ♃ rad. Valerian. rubiæ maior. ebul. ana ℥ j. cyperi ℥ ß. herb calamēth. puleg. meliſſ. nepit. beton. majoran. origan. ana M j. artemiſ. ſabin. ana M ß. ſemin. Dauc. rut. ſeſel. ana ʒ ij. Fiat decoctio in aqua pro inſeſſione.

Vincæ

Digitized by Google

Vincæ peruincæ decocto commodè A
quoque venter inferior fouetur.

Poſt inſeſſionem cataplaſma ſequens vmbilico imponi poteſt: ℞ gypſ. ℥ j. bol. armen. ʒ ß. pulueriſentur ſubtiliſſimè, & cum albumine oui & aceto fiat cataplaſma.

Mulier quædam liberauit multas fœminas ab hoc fluxu hoc vnguento: ℞ Scarleam quam cõtritam ſinito in butyro pu- B
trefieri, poſtea coquito aliquantum, & tranſcolatum ſeruetur ad vſum. Hoc vnguento mulieris venter ab vmbilico vſq; ad inferiorem ventris partem inungatur, immittendo ſimul parum de illo in vuluã, comedat quoq; herbam ipſam.

Sequens vnguentum valde quoq; reprimit: ℞ ol. myrth. cydon. menth. an. ℥ ß. puluer. trochiſc. de Carabe, de ſpodio, de ſcoria ferri an. ℈ j. ceræ albæ q. ſ. Miſc. F. vnguentum quo vteri regio illiniatur. C

Nucleorum iuglandium cinis ex vino in vterum indatur, mirificè enim fluxum hunc ſiſtit. Leonellus Fauentinus imponit in vterum naſcale contextum ex ærugine ferri iubendo ſimul fœminam ſedere in decocto ſcoriæ ferri.

A Suffitus & fumi vteri ſinu excepti cum altius penetrent non etiã negligendi ſunt; ad horum formam ſequens parari poteſt: ℞ Maſtich. ʒij thur. ladan. ana ʒj. ſuccin. hypociſtid. ſtorac. Benzoin an. ʒß. bdellii ʒj. Miſc. F. puluis, de quo aliquid ſuper carbones proiiciatur.

Vel ſemina carui contuſa ſuper carbones ſpargantur. Tanquam ſecretum fe-
B runt ſaluiæ ſuffitu menſes immoderatè fluentes & omne muliebre profluuium ſiſti mirum in modum.

Cap. IV.

De Gonorrhœa.

Gonorrhœa dicitur ἀπὸ τῆς γονῆς, vel τοῦ γόνου à genitura vel genitali ſemine, & ῥέειν quod fluere ſignificat.

C Eſt autem gonorrhœa definiente Galeno, inuoluntaria ſeminis profuſio, citra veneris deſiderium, cum nullo aut leui oblectationis ſenſu, proueniens vel à vaſorum ſeminalium & teſtium laxitate, vel à ſemine copia & qualitate peccante.

Affectus hic mulieres æquè ac viros,

imò

imò frequentiùs inuadit, cum ſemen cru- A
dius ac dilutius habent, & contigit non ſaltem vni fœminarum ſorti, ſed omnibus ferè fœminarum conditionibus intra 14. & 40. annum conſtitutis; quod ſemen profluit non per vteri capacitatem, ſed per vaſa ſpermatica in vteri ceruicem ſparſa.

Cauſæ ſunt diuerſæ. Prima eſt vaſorum B
ſeminalium ipſorumque teſtium laxitas ac retentricis facultatis infirmitas, vnde ſemen in proſtatis non tam diu detineri poteſt, quantum ad concoctionem abſolutam requiritur, ſed citra voluntatem ex vaſis effluit. Hanc facultatem imbecillẽ & laxitatem vaſorum inducere poſſunt omnes intemperaturæ excedentes, præſertim frigida & humida, & quæ intem- C
periem talem generare poſſunt: vt caſus, ictus in renum regione, nimis frigida linimenta, balnea, ſeſſio ſuper frigidum lapidem.

Quidam huic cauſæ adiiciunt conuulſionem muſculorum genitalium hoc argumento, quod ſicuti conuulſio muſculi ani feces retinet, quia ad retentionem ge-

A nitus eſt, ita conuulſio muſculorum genitalium fluorem generat, quia expellere eius eſt munus ; hinc fortè fit, cum in Epilepſia graui hi muſculi ſimul conuellantur , quod genitura plerunque in fine paroxyſmi epileptici profundatur.

Altera cauſa huius affectus eſt tenuitas, calor atque acrimonia ſeminis titillantis atque irritantis facultatem expul-
B tricem , quæ ex calore renum ac partibus vicinis vaſis ſpermaticis communicato, item cum vaſa ſpermatica calidiora & latiora ſint, vel quibus acris humor in vaſa ſpermatica decumbit , qui ad excretionem ſtimulet, proueniunt. Hinc illæ quæ acrioribus vtuntur cibis , multo aromate conditis, vel aliter acredinem acquiſitis, item crudis, vt oſtreis, bulbis, cæpis, ſcoli-
C mo, nucleis pini, aut meracioris vini copia, & quæ intēpeſtiuè ſe valde exercent, hoc malo ſæpiùs laborant, cum etiam virgines impuberes veneri ſe petulātius mãciparunt, ſæpenumero hunc affectum ſuſtinere coguntur.

Tertia eſt ſeminis multitudo, quę naturam

turam grauat, atque ad eiectionem im- A
pellit, & fit maximè per inſomnia venerea, natura in partibus internis ſeſe exercente.

Porro gonorrhœa quoq; ex vitio quodam occulto ſemini impreſſo oritur, & tũ dicitur gonorrhœa virulenta, & plerunq; à lue venerea procedit.

Cauſæ hæ diſcernuntur ſequentibus ſignis. B

In vaſorum imbecillitate & laxitate à frigida & humida intemperie nulla eſt in ſeminis effluxu voluptas, & præceſſit victus ratio humida & frigida.

Tenuitas caliditas & acrimonia ſeminis ex ſubſtãtia & colore dignoſcitur, prętereą ex genitaliũ calore pruritu & mordacitate, & percipitur in excretione ſeminis aliqua voluptas, vrina plerunq; eſt flaua ac tincta, & ſæpe fœminæ ſtranguria C
corripiuntur.

Abundantia ſeminis proditur in eo q; non oppidò palleant, nec multũ emaciẽtur, inſuper ex ante actâ vita, vt ſi ſedentariam degerint, bene nutritæ ſint, & cibis vtantur qui venerem excitent,

 & quod

A & quod cum voluptate aliquali etiam ſe-
men excernatur.

Maligna vis intelligitur ſi lue venerea
ſimul infecta eſt mulier, vel à parentibus
nata ſit qui hac lue laborarunt, item ſi pu-
denda ſemen erodat atque exulceret, ſiq;
etiam ſemen modò album, modò flauū,
ac vireſcens cum odore graui deprehen-
datur.

B Gonorrhœa ſæpè diuturna affectio
quamuis rarò interficiat, ſi tamen diligen-
ter non excindatur in multos morbos ho-
mines præcipites agere poteſt, ſummè e-
nim corpus vniuerſum eneruat, & id na-
turali calore priuat.

Curatio pro cauſarum diuerſitate vari-
at, nam in frigida & humida ſeminis ac
teſtium vaſorum ſeminalium intēperie,
pituita purganda vel abſumenda, ſemen
C incraſſandum partesque affectæ deſiccā-
dæ & aſtringendæ ſeu confirmandæ. In-
ſtituenda ergo victus ratio ei intemperiei
aduerſa, quæ ex præcedentibus huc reuo-
cari poteſt. Potus ſit aqua chalybeata cū
vino temperata. In cereuiſia quam bibit
mentham & vrticam mortuam flor. alb.
maceret. Exhi-

Exhibentur purgantia, prout corpus A
excremẽtis his illisve refertum eſt. Qualia paſſim cũ exponantur & partim quoq; in præcedentibus delineata ſint, non opus eſt hic ea repetere.

Præmiſſa purgatione fiat decoctum ſudoriferum ex ligno guaiaco & cortice eiuſdem, laxas enim partes aſtrictione ſua valde roborat, vel loco eius ſpiritus meus è ligno ſaſſafraſæ exhibeatur. B

Deinde detur puluis ſequens qui recipit gland. querc. exicc. in furn. ℥vj. ſacch. roſat. tabul. ℥j. maſtich thur. ana ʒjß. corn. ceru. corall. rubr. ana ʒj. Flor. vrtic. mort. fl. alb. ʒjß. ſem. vitic. ʒj. fiat puluis ſubtiliſſimus. Capiat ante ſomnum ʒj. cum vino rubro ſtiptico.

Vel ℞ ſem. vitic. plantag. ana ʒij. ſem. rut. ʒjß. fol. menth. ʒj. corall. rubr. corn. C
ceru. ana ʒjß. ebor. ʒj. mandibular. Lucii piſc. ʒß. ſacchar. ℥j. fiat puluis cuius ʒj. vel plus comedant ſuperbibantque cochlearia aliquot aq. plantag. portulacæ, in quibus chalybs prius extinctus fuit.

Commendat Crato ſolum puluerem mandibulæ lucii piſcis.

A Detur quoque frequenter caſtorei pulueriſati ℥ ß. cum vino rubro.

Valent & trochiſci aſtringentes, de halicacabo, de ſuccino, de terra ſigillata, & ſimiles.

Poteſt interdum quoque ſi his præmiſſis non ſubſiſtat affectio theriaca vel mithridatium exhiberi. Ol. vel ſpiritus guaiaci & extractum ex flor. alb. vrtic. mort.
B ſeu galeoph. in gonorrhœa palmam obtinent.

Extrinſecus adhibentur fomenta ex cortic. radic. prunor. ſylueſtr. cortic. liga. guaiac. gallis malicorio roſis balauſt. myrtillis & alumine coctis in vino rubro vel aq. ferrata.

Vel Fol. quercus cum roſis rubris &
C fol. plantag. coquantur in vino rubro in quo chalybs ignitus prius aliquoties extinctus eſt cum aceti parte quarta, hoc decocto fomentetur renum & inferioris ventris regio.

Lumbi quoque inungantur vnguento comitiſſæ. Vel ſeq. ℞ Oliban. ʒij. arac. hypociſtid. an. ʒij. gallar. ʒj. ladan. ʒß. Ol. maſtich. ſpic. myrti. ana ℥ ß. pulueriżanda pulue-

puluerizentur ſubtiliſſimè,& cum cera q. A
ſ. fiat vnguent. molle,& in fine addatur
camphor.℈ ß.

Si calor & acrimonia ſeminis gonorrhæam inducit, vtendum diæta refrigerante reſiccante & aſtringente,quemadmodum & ſemen minuente. Vitent igitur omnia acria, cibos flatuoſos, multum ſeminis generantes,vt bul.rap.nap.oſtreas,oua,cibos ſorbiles,cicer.eruc.fab. Ex B
fructib.pin. piſtac. vuas paſſas. Amygd. Pruna dactyl. Acetaria ſint frequentia ex lactuca portulaca & acetoſa vel endiuia. Radix nymphææ,ſemin.lactuc.portulac. viticis linteo incluſa ſuſpendantur in cereuiſiam,vitent vinũ generoſum,vel aqua chalybeata diluant.

Mercurialis ſummis encomiis laudat mala citria & limonia.

Quidam cum dolor & ardor coniun- C
guntur exhibent lactis ouilli ℥iij.aq.plantag.vel ſucci eius ℥j.bol. armen.drach.j. Miſc. bibat tepidè.

Mulier quædam vnico ſequenti decocto conualuit: ℞ Glycyrrhiz.raſ.ʒvj.ſem. myrtill. coriandr. præpar. plantag. vitic.

ana

A ana drach.j.ſem.papau.alb.℈ij.ſem.hyoſcyam.℈ß.hord.mund.M j. Acaciæ,ſumach. ana ℈ j. ſemina contūdantur craſſo modo & omnia bulliant in aq. chalybeat.pro ℔ j ß.col.add.troch. Alkekeng. ℈ j. Miſc.ſumat cyathum bis in die vid. manè & veſperi.

Præſtat & ſeq.tragæa pro vſu quotidia-B no: ℞ Sem.rut.vrtic. Agn.caſt.ana ℈ ß. ſemin.lactuc.portulac.plantag.papauer. alb.ana ℈ j. ſem. coriandr. torrefact. cannab.ana gr. 4. ſpec. diacalaminth. drach. ij.corn.ceru.vſt.ſem.roſar. ſandal. corall. rubr.ana gr.v. ſem. melon. drach. iij. Omnia pulueriſentur, quibus adde, ſi velis tertiam partem ſacchari & ʒ j. pulueris mandibularum lucii piſcis.

C Vel ſeq. puluis: ℞ menth. ſicc. drach. iij.ſem.vitic.rad.ireos ana drach j. ſemin. lactuc. ʒ ij ß. ſacchar. ℥ j. fiat puluis cuius detur cochlear paruum duabus horis ante cibum cum vino chalybeato.

Eſt etiam egregium remedium ſumere ſingulo manè vnum ex his trochiſcis: ℞ trochiſc. de roſ. drach. ij. ſem. lactuc. cucumer.coriandr.ſicc.an. drach. ß.por-

tulac.

tulac. ℈ij. cum mucilagine ſemin. tragacanthæ F.trochiſci. A

Valde efficax quoque eſt ſeq. confectio: ℞ ſyr.acetoſ.citr.℥ij Camphor. ℈ij. ſem.nymph.vitic.ana ℈j. pulu. inteſtin. gallin. combuſt. drach. ß. fiat puluis qui cum ſacchari ſ. q. miſceatur.

Caphura cum ſuccino & aq.nymphęæ commodè datur.

Hæc prædicta medicamenta citius operationes ſuas exercebũt,ſi lumbi ſimul inungantur vnguento roſarum Meſues. B

Medicamenta refrigerantia ſupra ventrem vel circa renes & maximè ad latera eo in loco, in quo teſtes mulieribus ſiti ſunt, applicentur.

Gonorrhæa quæ à Lue Venerea originem trahit, vbi de illa ex profeſſo agitur, iiſdem medicamentis, quibus ipſa lues C venerea, extirpatur, cura igitur inquirenda.

Cap. V.

De vteri ſtrangulatu.

Vteri ſuffocatio ab eo nomen traxit, quod mulieres plerunq; ſuffocet, vel quòd

A quod mulieres hoc malo detentæ eandem ſuffocationem pati videantur, ac ſi ſtrangularentur. Paulus & Ætius vteri peruerſionem & ad ſuperiora vel ad latera recurſum (non quod inſtar animalis per corpus erret, ſed quod videantur intellexiſſe malignum vaporem ex vtero exſurgentem per totum corpus permeare illudque variè traiicere) appellãt. Græ-
B cis ὑστερικὴ πνῖξ vel ἄπνοια τῆς ὑστέρας dicitur.

Eſt ſymptoma in excrementis mutatis, quia in hoc vitio intus & præter naturam retinetur, quod naturaliter exire deberet. Hæc ipſa præfocatio etiam in læſam actionem refertur: ea ratione qua materia per vterum non effluit, quæ alioquin effluere deberet, actione expultricis vteri ablata.

C Eſt igitur matricis præfocatio vteri verſus diaphragma aut ad alterutrum latus retractio, ſeu conuulſio, ſpirationem impediens, faucesque plerunque præcludens, orta ob irritationem vel ex retento menſtruo, vel ex acerbata putridi ſeminis virulenta exhalatione, vel ex humorum malignorum affluxu, vel ex viſcerũ vitio.

Com-

Communicat vterus ſua ſymptomata A
cæteris partibus & corpori vniuerſo, non
ſolum ob communem illam conſpiratio-
nem, quam partes inter ſe & cum ſuo to-
to habent; verum etiam per ſingularem
conſenſum quem idem vterus retinet cũ
partibus principalibus, pro diuerſa mali-
gnitatis natura, & partium recipientium
debilitate & robore. Cordi communicat
per arterias, cùm cerebro participat per B
membranas ſpinalis medullæ & neruos
ſexti paris.

Differt vteri ſuffocatio à ſyncope abo-
litione pulſus, qui in ſuffocatione plerun-
que manet, licet exiguus aut languidus
aut rarus ſit. In ſyncope ſudor frigidus &
color plumbeus erumpit: at in ſuffoca-
tione color non mutatur, aut nonnihil
pallidus efficitur. Differunt quoque, quia
ſyncopen leuat gratus odor, & idem ſuf- C
focationem prouocat.

A Catalepſi diſcriminatur, quod mu-
lieres hoc malo correptæ non habeant
partes rigidas & oculos apertos, ac in eo-
dem ſtatu permanentes.

Ab Epilepſia, grauis vteri ſuffocatio,
vix

A vix dignoſci poteſt, cum hęc, ſi diu perdurat & ſymptomatum vehementia ingraueſcat, Epilepſiam quaſi ad ſe vocet, quò motibus conuulſiuis noxam à ſe excutere poſſit, vt in cauſis latius exponetur. Volunt tamen quidam vteri præfocationem ab Epilepſia diſtingui, ſenſuum priuatione, caſu, oculorum verſione & ſpumæ circa os apparitione.

B Ab Apoplexia diſcernitur, quod maneat plerunque ſenſus in vteri hac affectione, & non adſit ſtertor: Pręterea quod in hyſtericis ſpuma ſignum ſit ſalutis, in Apoplexia verò lethale.

De cauſis huius affectus variæ & diuerſæ, apud veteres & recentiores, opiniones fuerunt: alij in frigidiorē intemperiem: alii in calidiorem: alii in ſicciorem: quidam in morbum in ſitum referunt. Plato cauC ſam in vterum reducens, vult eum ob intermiſſum veneris vſum, cum ſit animal prolem generare cupiens, ſuccenſere, ideoque errare per totum corpus, ſpe ea fretum, ſe nacturum quod concupiſcat, quo illi denegato, extremè fœminas excruciare, ac in extremam anxietatem deiicere.

Digitized by Google

re. Sed opinione hac, à Galeno validis A
rationibus refutata, conſultò prætermiſ-
ſa, veræ huius affectus quæ ſint cauſæ in-
quirendum. Cauſas duplices ſtatuit Ga-
lenus, videlicet ſuppreſſionem menſtrui
ſanguinis & ſeminis retentionem, quarũ
quamlibet vel vtramque ſimul, ſi præter
conſuetudinem intra corpus detẽta fue-
rit, præfocationem ipſam efficere poſſe,
duobus argumentis comprobat. B

Primum argumentum ſumit à viduis,
quæ viri conſuetudine fruitæ ſunt & eam
deinde mortis interuentu intermittere
coguntur, etiamſi illæ menſtruatim ſatis
purgentur, tamen inter omnes Medicos
conuenire, eas vtplurimum vteri ſuffoca-
tione corripi. Ad maiorem probationẽ
affirmat, experientia quoque conſtare,
quod ſemine excreto, facta vteri titilla-
tione, ab hoc affectu fœminæ liberentur. C
Secundo ſuam aſſertionẽ hoc modo ſuf-
fulcit, quòd hæc affectio ſuppreſſionem
menſium ſæpenumero ſequatur, pręſer-
tim cùm copia ſanguinis venæ vteri atque
vicina ipſius vincula extendantur, vultq;
inde probare ad vaſorum vteri extenſio-

 nem

A nem à ſanguinis copia, vterum retrahi,& retractionem illam, vteri ſuffocationem ſequi. Hæ duæ cauſæ quamuis omnium ferè Medicorum ſuffragio admittantur, tamen cum plerunque fœminas, etiamſi bene menſtruatim purgentur & viri conſuetudine fruantur, vteri præfocatio fatiget præter ſemen & menſtruum ſanguinem,adhuc aliud quid in corpore latitare B cogitur,quod eam ſuſcitare queat, veriſimile autem eſt id fieri irritatione, cũ corrupti humores vel aliæ res vtero inimicæ neruos vteri eiusque membranas ſenſiles feriunt, tunc vterum conuocatis hincinde viribus, quemadmodum in Epilepticis inſultibus fit, tamdiu reluctari quò illam noxam à ſe abiiciat. Hinc fortè Paracelſus ob ſimilitudinem ſymptomatum quæ vteri ſuffocatio cũ Epilepſia habere C ſolet, vteri ſuffocationem Epilepſiam vteri vocare voluit. Menſtruus enim ſanguis & ſemen nimis redundantia intusq; detenta in qualitatibus primis & ſecundis manifeſtis & occultis alterantur & malignam qualitatem ſibi adſciſcunt, à qua nouas proprietates & agendi vires acquirunt

runt

rſtnt non ſub ſenſibili ſpecie, ſed vaporis A
& ſpiritus formam induunt, qui ſubſtantiæ ſuæ tenuitate non ſolum venas aut arterias, ſed & perſpiracula cæca & latentia traiiciens, propter malignitatem partium, quas attigerit facultates, ſubitò percellit earumque functiones intercipit. Hoc ita fieri oſtendit cita ſymptomatum inuaſio ſubitaque eorum remiſſio. Accedit quod partes principes & ab vtero valde remotæ
in hoc ſymptomate quaſi momento cōpatiantur. B
Videtur hanc aſſertionē Andr. Veſalius quoque approbare dum ſcribit, ſe in duabus nobilibus puellis, vteri ſuffocationi in vita crebrò obnoxiis, poſt mortem diſſectione inueniſſe in teſtibus (in quibus alioquin naturaliter albus humor præter ſemen deprehenditur) croceum alitervè tinctum, venenatum ac putridū
humorem, quem quoque huius affectus C
cauſam ſtatuit. Eo autem ordine ſymptomata emergere probabile eſt, vt à vapore vel ſpiritu malignitatem aliquam reſipiēte genitalia primum vel obſtruantur, vel ſaltem irritentur, quod cum fit, facultas expultrix noxam à ſe deponere ſatagens

A vteri conuulſionem & ad ſuperiora vel latera contractionem molitur, deinde ſi vapores hi maligni altius euolent, & recta ſurſum ventriculum & diaphragma verſus aſcendant, reſpiratio breuis & crebra fit, ſi cor quoque impetant animi deliquium cordisque anxietas ſimul ſuboriuntur. Cum vapores adhuc altius ad fauces efferuntur, eæ quaſi vinculo quoque con-
B ſtringuntur ſpiritum intercipiendo magno ſuffocationis metu. Vbi verò cerebri arcem conſcendunt variè ſpiritus commouendo perturbandoque cerebri functiones ſimul deprauant. Cæterum animaduertendum eſt, quòd quamuis ex maligno hoc vapore matricis pręfocatio excitetur, non tamen æqualis & eadem ſemper erit agēdi poteſtas, ſed in magnitudine & vehementia differentia erit:
C quandoquidem ex corrupto ſemine longè ſæuiora accidentia quàm ex ſanguine menſtruo contingent. Quanto enim ſemen propriam ſeruans naturam eſſentiæ ſuæ bonitate menſtruum ſuperat, tantò etiam ex ſuperueniente ſibi corruptione, in maiorem & deteriorem venenoſitatē degene-

degenerare videtur. Quòd planè illę mulieres comprobant, quæ cum non ſint viduæ & conſuetas purgationes ſuppreſſas habent, etiamſi pluribus accidentibus infeſtentur, nunquam tamē ſpiratione priuantur. Generationis modum, quo vteri ſuffocatio fit, clarius oſtendit venenum morſu rabidi canis vel ictu venenatorum animalium corpori illatum, à quo primò in corpore vix aliquid apparet, ſed cū venenum id ſuæ digeſtionis tempora abſoluit ſubitò & quaſi momento agendi poteſtatem, quam occultè continebat, palā manifeſtat. Nec aliter fit in retentione ſeminis & menſtrui ſanguinis & collectione corruptorum humorum, vbi humores praui vel venenum ex his ſcaturiens intra corpus, tacitè digeſtionis exaltationiſque ſuæ tempora expectat, quibus acquiſitis malignitatem ſuam exuendo fœminas grauiter affligit. A B C

Venenum hoc cùm non cadat in ſenſus, vix veræ eius cauſę antecedentes penitius indagari queunt, niſi quòd obſeruetur ex cachexia vel colluuie putridorum humorum hoc plerunque emergere, præ-

A ſertim cùm ventriculus prauis humoribus repletus ſit.

Prouocatur autem venenum hoc facilimè in actum, ſi fœminæ ingerant cibum difficilem concoctu, vt carnes ſuillas, vel carnes fumo induratas, item carnes nimis pingues, Farcimina & Interanea animalium: Ex piſcibus aſellum arefactum, Aſellum ſalitum, Aſellum mino-
B rem Raiam, & Salmonem ſalitum; item illa quæ facilè corrumpunt, vt omnia lacticinia, item caſeum. Ex fructibus horariis cucurbitas, cucumeres, melones, ceraſa dulcia, item pyra pomaque largiùs eſitata, ex leguminibus fabas & piſa. Ex oleribus braſſicam capitatam & braſſicam rubram. Præterea dulcibus & bene odo-
C ratis facilè quoque vterus commouetur. Præ omnibus autem animi commotio & ira exagitando humores ſpiritusque ſimul venenum hoc conſopitum animat. Si euacuationes alui conſuetæ quoq; præter conuenientem naturæ modum retinentur, concluſis coercitisq; in inteſtinis nimium flatibus, ſæpenumero vteri hic affectus obrepit.

Signorum

Signorum quædam ſunt vniuerſalia, A
quædam ſunt cum determinatione certæ
cauſæ, atque horum quędam indicant
vel præfocationem futuram vel præſentem.

Vniuerſalia ſigna ſequenti ſerie enarrantur. Reſpiratio eſt crebra & difficilis,
plerunq; etiam ferè deficit, vt vix dignoſci poſſit, quædam fœminæ non loqui valent, ſentiunt tamen leuiter & optimè audiunt, ſiti plures diſcruciantur, multis vẽ B
ter dolet tumetq;, pulſus interdum eſt debilis & obſcurus, interdum celer creberque, dolor cor occupat, & mulieres ſæpe animo deficiunt, inteſtina immurmurãt, facies eſt rubra & tumida, venæ temporũ & oculorum ſunt inflatæ, multis caput dolet, interdum conuulſiones, deliria, aliaque deſipientiæ genera ſuperueniunt.

Num verò ex ſuppreſſo menſtruo ſan C
guine vel ſemine retento vel aliunde hoc malum proueniat, primò patefiet ex patientis adſtantiumq; relatione; dein quæ retentionem menſium ſequitur præfocatio vteri, mitiora accidentia prodit, re-

A ſpiratio quidem exigua & difficilis eſt, non tamen aufertur, lipothymia potiùs quàm ſyncope vrget, partes ſuperiores ex calefacto retento ſanguine rubent, præterea fœminæ dolores vel tumorem circa hepar perſentiſcunt, cum vena caua ſanguine & flatibus plena ad iecur retrahatur, item fœminas circa menſtruationis tempora inuadit.

B Si verò à ſemine retento affectio hæc oboriatur, ſymptomata omnia ſæuiora apparent, ſpiratio tunc vix conſpicitur, pulſus nullus apparet, ſyncope quoq; mulieres apprehendit, ſubita fit plerunq; huius mali inuaſio, ab excreto ſemine liberantur, vltimo volunt quidam in ſuffocatione ex retento ſemine frigere totum corpus, & erumpere de fronte ſudorem.

C Quod ſi verò ex aliis putridis humoribus originem ſumat, ex ſignis quæ cacochymiam indicant elucebit.

Cum viſcerum vitio vterus in conſenſum trahitur, propriæ earum partiũ proprietates & dolores partẽm affectã ſufficienter declarabunt.

Immi-

Imminentem vteri ſuffocationẽ præuidemus ex menſtruorum vel ſeminis cõſueta purgatione cohibita, ad quam conſequitur totiùs corporis pigritia,& virium imbecillitas, itemque crurum inſueta ſegnities, pallida facies euadit cum triſti aſpectu, mentiſque torpore, anhelitus difficiles, oculorum vertigo & in vteri regione dolor, præterea manibus comprimũt fœminæ vẽtrem, quia ſentiunt ibi aliquid moueri, adeſt quoque morſus oris ventriculi, cum cibi faſtidio, nauſea, ſiti, hypochondriorum murmure, cordis ſaltu & dolore capitis, pulſus debilis quoque fit. A B

Cum autem vteri ſuffocatio fœminas inuaſit, ſymptomata omnia propoſita euidentiora grauioraque euadunt: & præter illa ſopor grauis & profundus fœminas corripit, quemadmodum & mentis ſenſuumque omnium apprehenſio, cum vocis interceptione & totius corporis perfrigeratione, os vteri tum temporis vtplurimum ſimul clauſum & durum eſt, vterus quoq; cum ceruice interdum conuellitur, & ad latera retrahitur. C

A Prognoſtica ſequentia obſeruata ſunt.

Iuuenes maximè ſalaces, & fœminæ ſteriles prçſertim per medicamenta redditæ, huic malo ſunt obnoxiæ.

Virgines ſæpè huic malo obnoxiæ, cũ nupſerint, liberantur.

Sternutatio cum ſuperuenit à paroxyſmo liberat, ſecundum Hippocr. Aphor. 35. lib. 5.

B Omni quidem tempore accidere poteſt, hyeme tamen magis ac in autumno.

Si inſtar comitialis per circuitus præfocatio vteri repetat, malum eſt.

Si frequenter & plurium generum acceſſiones habuerit, facilè poteſt eadẽ die & intra paucas horas mulierem interimere, quapropter illius curatio quàm primũ aggredienda eſt.

C Deterior ſuffocatio eſt ex ſemine, quã ſanguine mẽſtruo, & ex hoc magis quàm aliis humoribus.

Deterior quoque eſt, in qua animi defectio adeſt & tum reſpiratio, tum pulſus magis aboletur, ea inſuper, cuius acceſſiones crebrò repetunt, ac diu durant; in his

enim

enim ſi pulſus fiat inordinatus & creber A
poſtea in totum aboleri ſolet, ac tandem
exiguo humore faciem irrorante, moriuntur.

Suffocatę ab vtero ſi ſtatim finito paroxyſmo coeant promptè concipiunt.

Morituram ſpuma in ore & lingua, & multis ac magnis, & diuturnis ſymptomatibus dictis, maligna acceſſio prænunciat, contraria reualituram. B

Curatio duplici modo peragi poteſt, reſpiciendo vel ad paroxyſmum, vel ad cauſarum huius affectus exciſionem.

In paroxyſmo mulier ſpina recta collocetur in lecto vt facilius ſpiret, faſces pectorales ventralesque ſoluantur, manus & pedes primùm ſurſum, poſt in medio & imo vinculis dolorificis vinciantur, ſimulque pannis aſperis crura & pedes fricentur per ſe vel cum aceto & ſale, nari- C
bus fœtida vtero odorata obiiciantur, fomenta & ſacculi calefacti ventri admoueantur, ſi paroxyſmus prolongetur, cucurbitæ cum multa flamma inguinibus, coxis & vmbilico affigantur, ſi his nihil proficiatur de ſequenti puluere ſternuta-
torio

A torio parum naribus inſuffletur: ℞ Hellebor. alb. caſtor. ana ℈j. Miſc. fiat puluis.

Vel ℞ ſinap. pyreth. piper. long. ana ℈j. Hellebor. alb. ℈ß Miſc. F. puluis.

Vel ſequentis mixturæ parum naribus admoueatur. ℞ Peucedan. ʒvj. galban. caſtor. ana ℥ß. piper. ʒj. opobalſam ʒß. Hæc omnia contuſa aceto rutaceo com- B miſceantur ad formam linimenti, recondatur in pixide, huius mixturæ parum ſuper carbones quoque non incommodè proiicitur, fumusque inde exhalans naribus ſuſcipitur.

Naribus quoque oleum ſuccini olfaciendum adhibeatur.

Item ſeq. mixtura nares magno ſucceſſu illinuntur: ℞ Galban. acet. diſſolut. caſtor. ana ℥ß. ſulphur. ℥j. Contrita miſce- C antur, huius mixturæ aliquid quoque ſuper carbones ſpargi poteſt.

Poteſt quoque ſuffimen ex bitumine Iudaico excitari.

Sunt qui pro certo experimento ſeq. linimento vmbilicum inungunt: Allii caput vnum, per medium inciſum, ſuper prunas

nas ponunt, addendo aloes hepatic. A
um ſuccum colligunt, quo poſcente v-
ryſtericæ mulieris vmbilicum, pulſus
m & tempora nareſque inungunt.
Vel ℞ aloes hepat.℥ß.reſin.pin.℥j. ſeui
cin.℥ij.butyr.℈j.ſeu.caprin.ʒij. Miſce-
tur pro vnguento, quo inungatur mu-
ris vmbilicus & nares pulſuſque.

Georgius Schenckius ſeq. vnguentum
oſchatinum commendatum habet: ℞ B
iuett.gr.ʒ ampar.moſch.ana gr.j. Exci-
iantur oleo ſuccini quantum ad leuigan-
lum ſufficit. Huius ciceris inſtar vmbili-
o intulit, quod calore reſolutum vagam
euocauit matricem.

Còmiti à Solms Archiſatrapæ quon-
dam Colonienſi aſcribitur, illum penes ſe
habuiſſe oleum Iouis, cuius in vmbilicum C
guttulis aliquot inſtillatis, ſtatim vterum
ad genuinum locum reuocatum, nec fa-
cilè ab eo receſſiſſe.

Super omnia conuenit in corruptis v-
teri orificium illinire zibetho, vel ſumere
ol.liliorum atque adiicere zibethi grana
aliquot & moſchi parum.

Item trochiſcis ſeq. ſuffitus ad inferio-
ra ex-

A ra excitetur: ℞ zibeth. ver. ℈ ß. Moſch. bon. ſtorac. calamit. ana gr. v. fiant trochiſci, quibus exiccatis vtatur mulier.

Vel ſeq. à Paracelſo commendato: ℞ Lichen. tibiis equorum adnaſcent. ℥ j. aſæ fœtid. ʒ j. cornuum vngular. capr. ʒ ij. redige in puluerem cuius ℈ j. ſupra prunas accenſus & fumo ad genitalia miſſo per tubulum illicò ſiſtit præfocationes.

B Vel ſperma ceti proiiciatur ſuper carbones, fumum ad genitalia mittendo.

Fimentum fœtidum vel ſuccerda coq. in aq. & cum linteo ventri calidè apponatur.

Fotus quoque in hoc caſu valde proficui erunt, qui variis modis cõcinnari poſſunt, exempl. loco ℞ rad. Filic. cum herb. rad. leuiſtic. vulg. ana M ij. herb. rut. M. iij. Fricentur in ſartagine irrorando parum vino ne comburantur, poſtea calidè linteo quodam ventri admoueantur.

Vel ℞ Meliſſ. puleg. ana M. iv. coq. in vino ventrique linteo concluſa apponantur.

Vel ℞ rut artemiſ. calaminth. origan. & ma-

&matricar. Hęc in ſartagine vino irrora- A
ta ventri calidè admoueantur.

Vmbilico quoque apponatur emplaſtrum ſeq.

℞ Emplaſtr. contra matricem ℥ j. ducatur ſupra alutam rotundam paulò ampliorem dalero, & in circuitu galbano obducatur. Emplaſtri contra matricem deſcriptio ſeq. eſt. ℞ Galliæ moſchat. alipt. moſchat. ſtyrac. calam. ladan. puriſſ. ma- B
ſtich. ana ℥ j. xyloaloes, xylobalſam. carpobalſam. galang. cyper. ana ʒ iij. roſar. rubr. ℥ j ß. ceræ nouę ℔ ß. pulueriſanda pulueriſentur, & cum ſ. q. terebinthinæ fiat emplaſtrum vt artis eſt.

Valet quoque multum radix leuiſtic. vulgar. cocta, tritaque cum axungia, ſi apponatur ſuper vmbilicum.

Si aluus ſimul ſuppreſſa ſit hoc ſuppo- C
ſitorium acre adhibeatur: ℞ Hier. compoſ. ex colocynth. ℈ ij. cymin. ℈ j. ſalis gemm. ʒ ß. mellis q. ſ. miſceantur pro ſuppoſitorio, quod oleo rutæ prius inunctum oque appenſum imponatur.

Per os autem ſeq. hauſtum vterinum mant: ℞ Mithridat. ʒ j. pulu. matricar.
dauc.

A dauc.cret.ana ℈j. caſtor. gr. 7. ſyr.acetoſ. citr. ℥ ß. aq. artemiſ. card. bened.meliſſ. cum vino deſtill.ana ℥ ß. Miſc. pro hauſtu. Caphura integra accenſa & ex ſtalactico Meliſſophylli liquore pluries extincta, Iohannes Schenckius à Grafenberg magno cum fructu vſus eſt.

Triphera magna cum opio vtero accommodata eſt. Datur ʒ j ß. cum vino aut
B aq. artemiſ. addito interdum pulu. macer. ℈j. croc. ℈ ß.

Puluis conueniens: ℞ Baccar. iuniper. rad. calam. aromat. vulg. ana ʒ ß. Imperator. gentian. ana gr. xv. ſem. dauc. vulg. cymin. aceto macerat. ana ʒ ß. granor. pacon. ℈j. Miſc. fiatque puluis, detur ʒj. cum cereuiſia, vel pro iis quæ amara perferre
C queunt: ♃ ſem. dauc. oſtrut. rad. gentian. ana ℈j. fiat puluis ſubtiliſſimus, qui diuidatur in 2. æqual. partes.

Mulieres Delphenſes aſſerente Foreſto vtuntur ſeq. puluere. ♃ Granor. iuniper. calam. aromat. rad. gentian ſemin. paſtinac. ana ʒ j. Miſc. fiat puluis, datur à ℈ ij. ad ʒ j.

Semen eryngii in vino maximo commodo

lo exhibetur, prçſertim ſi ſimul nari- A
adhibeatur funiculus ſulphuris.
Commendatur quoque & ſeq. puluis,
recipit: Rad. dictamn. ſem. dauc. ana
inamom. caſſ. lign. meliſſ. ana ℈ ij.
. opt. ℈ ß. caſtor. ping. & rec. ℈ j. fiat
is qui datur à ʒ ß. ad ʒ j. cum aq. vrtic.
nomil. myotid. vel chelidon. ana

tem radicis petaſitidis vulgar. puluis B
zedoaria & angelica præſtans habe-
emedium in ſuffocatione vteri.
ngratus ſed efficax puluis à D. Plate-
ibetur ſeq. ℞ cymin. infuſ. in aq. vitæ
umque ſiccat. ʒ j. ſem. amnos zingib.
ʒ ß. caſtor. ℈ j. datur ʒ j. cum vino.
eferunt de ſemine vrticæ, ſi contera-
: cum vino aſſumatur, ſtatim præfo-
: mulieres excitari.
uicenna loco ſecreti piper. nigr. gr. C
ontuſa cum vino generoſo diſſoluta
inauit.
unt qui probant potionem ex ʒ ß. ca-
in vino albo.
uluis cryſtalli bibitus, putatur à pro-
ate excitare præfocatas.

A Thomas Monſetus pro arcano habuit ſeq. ſumpſit iulor. iugland. in puluer. redact. ʒß. adiiciendo olei ſuccini gutt. 2. & ex vino propinauit.

Vel ſeq. puluis concinnetur: ℞ cymin. in acet. macerat. rurſumque ſiccat. ʒ ij. rad. dictamn. ſemin. bauc. ana ℈ij. granor. pæon. lapill. cancror. ana ʒ ß. zingib. ℈ ij. caſtor. pingu. ℈ij. Miſc. F. puluis, detur ʒj. B pro vice.

Vel hic qui plus amaroris habet: ℞ cort. malor. aurant. ʒj. ſemin. dauci vulg. pæon. excort. card. bened. card. mar. ana ʒß. caſtor. gr. ℈ß. fiat puluis, doſis ʒj.

Vel ℞ myrrh. rub. ℈ ij. caſtor. pingu. ℈j. fiat puluis pro 2. doſibus.

His annumerentur eſſentiæ roriſmarini, angelicæ, Imperatoriæ & zedoariæ.

C Vbi acceſſio remiſit curatio iuxta cauſarum differentias varianda eſt. Vteri ſuffocatio ex retentione menſium proueniens menſibus ritè procedentibus emendatur. Quomodo autem prouocentur ex ſuperioribus patet. Hic tantum quomodo præfocatio ex retento ſemine, flatibus

ıs in ventre conclusis vel corruptis hu- A
ribus originem ſumẽs, eradicari que-
ſpeculaturi.
Cum autem ſæpenumero aluus ſimul
preſſa ſit, quo fit vt præfocatio inter-
n grauioribus accidentibus mulieres
gat, ab alui ſubductione, exordium
:è fieri poteſt & quidem hoc clyſte-

℞ rad, Helen. ireos ebul. ariſtol. long. B
℥j. fol. abſinth. artemiſ. matricar. pu-
origan. ana M j. baccar. Iuniper. laur.
ıbuc. ana Mß. Fol. ſambuc. M j. Fl. ſtæ-
.d. roriſmar. ſalu. centaur. min. ana P j.
ı. rut. cymin. ammios ana ʒ ij. fiat de-
tio, in colaturæ huius decocti ℔ j. diſ-
ı. mellis anthoſat. ſacchar. rub. ana ℥ j.
ɛt. bened. laxat. ℥ß. diacartham. ʒiij. ol.
thin. nardin. ana ℥ j ß fiat l. a. clyſter. C
Commendatur & hic clyſter. ℞ rad.
or. ℥j ß. rad. filic. ℥ j. baccar. laur. iunip.
P. j herb. leuiſtic. puleg. rut. ſabin. ana
. ſemin. cymin. ʒij. vitic. ʒ j. fiat deco-
ı in libra vna huius decocti diſſolu. be-
l. laxat. elect. hier. picr. ſimpl. gal. ana
ɔl. cheirin. rutac. ana ℥ j. caſtor. ℈j. ſalis
um, fiat clyſter.

A Vel cum dolores vrgent ſeq. conficiatur: ♃ rad. ſigill. Salomon. bryon. Valerian. ana ℥ß. herb. puleg. calaminth. rut. ſabin. ana Mj. baccar. laur. Iuniper. ana P. j. ſem. cymin. ℥ß. fiat decoctio in aq. & vino ad libram vnam in qua diſſolu. mell. ℥ j. bened. laxat. ʒij. terebinth. ʒ i j. philon. ʒ j. F. clyſter.

Vel hic clyſter præparatur qui ♃ rad.
B althæ, lilior. ana ℥ij. herb. beton. maioran. matricar. artemiſ. ana Mj. Fl. ſtœchad. lauend. bugloſ. borrag. ana P j. ſem. carui ʒij. furfur. P. j. coq. in aq in lib. j. colaturæ diſſolu. benedict. laxat. hier. picr. ana ʒiij. ol. rutac. ℥ i j ß. mell. anthoſat. ℥j. ſalis parum, fiat clyſter.

Per os verò ſumatur hæc bolus: ℞ elect. ind. ʒ i i j. elect. lenitiu. ℥ j. Miſc. pro
C bolo.

Vel hæc potiuncula ♃ tabullar. diacartham. ʒjß. elect. diaphæn. ʒ j. ſyr. roſar. ſolut. cum infuſ. rhabarb. ℥ j aq. cinamom. ʒij. aq. beton. & bugloſſ. ana q. ſ. fiat hauſtus purgans.

Vel ♃ rhabarb. ʒ i j. infund. in aq. meliſſ. & vino alb. poſtea colaturę add. ſyrup. roſar.

roſar. ſolut. ℥j. fiat potiũcula pro vno haustu. A

Vel cum vires magis conſtant ſeq. potiuncula detur: ℞ ſyr. roſar. ſolut. cum infuſ. rhabarb. ℥j. elect. de ſucco roſar. ʒij. aq. endiu. bugloſſ. ana ℥j. aq. cinamom. parum. Miſc pro hauſtu.

Vel ℞ ſyr. roſar. ſolut. cum infuſ. rhabarb. ℥j. elect. è ſucc. roſar. ʒij diaphæn. ʒj ß. cum aq. beton. artemiſ. ana ſuffic. B quantitate fiat hauſtus.

Vel ℞ elect. lenit. ℥ ß. elect. diaphæn. ʒiij. elect. hier. picr. ʒj ß. cum ℥iij. aq. artemiſ. addendo ſyrup. de byzantiis ſine aceto ʒvj. Miſc. pro hauſtu.

Vel ℞ elect. caryocoſtin. ʒiij. extract. fol. ſen. ʒj ß. ol. aniſ. gutt. 4. aq. artemiſ. card. bened. vini ana ℥j. Miſc. pro hauſtu.

Item ℞ fol. ſen. ℥ß. ſem. aniſ. ʒj. Fl. cord. Pj. abſinth. ʒij. fiat decoctio in aq. & vin. in colatur. infund. per 18. horas rhabarb. C el. ʒj ß. zingib. ℈j. poſtea leuiter exprimãtur, colatur. immiſc ſyr. roſar. ſolut. ʒvj. el. diaphæn. ʒij. Diluantur pro hauſtu.

Vel in forma pilular. ℞ pilular. aggreg. ℈ij ß. caſtor. gr. vj. cum aq. artemiſ. fiant pilulæ.

A Vel ℞ pil de hier. aggreg. ana ʒ j. ſem. vitic. myrrh. caſtor. ana ℈j. cum ſyr. de artemiſ. fiat maſſa, capiat ℈ij. pro vna vice in ix pilulas formatos.

Vel ℞ ſpec. hier. ſimpl. ʒ j. mechoac. rhabarb. ana ʒ j ß. turpeth. ʒ j. tartar. vin. alb. ʒ ß. zingib. ℈ j. myrrh. caſtor. ana ℈ ß. ſem. vitic. dauc. ana ℈j. diadacryd. ℈j. cum ſyr. de artemiſ. fiat maſſa, capiat ʒ ß. vel
B ℈ ij. hebdomadatim.

Pro illis quæ vinum amarum malunt: ℞ abſinth. ℥ ß. ſemin. cymin. ʒ iij. fol. ſen. ℥ j ß. mechoac. ʒ iij. rhabarb. ʒ ij ß. turpeth. gum. ʒ ij. zingib. ʒ j. Conquaſſentur pro vini menſura.

Quibus amaritudo non eſt aduerſa his conuenit exhibere pulu. hier. picr. ʒ ij.

C Quæ alterationis cauſa propinantur medicamenta, ſeminis generationem inhibere illudq; digerere malignos humores è corpore exturbare, flatus diſcutere & vterum corroborare debent.

Cum autem diæta plurimum medicamentorum operationes promoueat, ea paucis attingenda. In ſuffocatione à ſeminis retentione orta, cibus ſit parum nutriens

ns & tenuis,item refrigerans & mini- A
latulentus, abſtinendum ab ouis, la-
iniis & carnibus. Acetaria comedent
actuca portulaca & ſimilibus. Potus
æ & cereuiſiæ tenuis, exercitia multa,
liæ vitandæ, cogitationes venereæ &
nes eius generis occaſiones. Si flatus
ul exaſperent malum cibi flatulenti
cindantur vt ſunt: rapæ, piſa, fabæ &
iqua in cauſis enarrata, aquam coctam B
m ſeminib. aniſ. oſtrut. cymin. rut. bi-
nt. Quæ verò diæta in ſuffocatione ex
alignis humoribus excitata ſit obſeruā-
in cachexia proponitur, vnde huc re-
ocanda erit.

Ex medicamentis, aqua conueniens
æc erit: ℞ aq. meliſſ. menth. ana ℥iij. aq.
ryon. cum vino deſtillat. ℥ ij. caſtor. ℈j.
Miſc. bibat manè ℥ijß.

Decoctum hoc propinari poterit: ℞ C
rad. galang. zedoar. leuiſtic. vulg. pæon.
ana ʒ iij. baccar. laur. granor. pœon. ana
ʒiijß. ſem. cymin. ʒ ijß. dauc. paſtinac. ſyl-
ueſtr. ana ʒ ij. ſem. rut. ʒ j ß. coq. in aq. &
vin. ana ℔ j. in fine decoctionis add. aq.
flor. til. beton. & matricar. ana ℔ß. den-
tur manè & veſperi aliquot cochlearia.

A Commẽdatur quoque decoctum flor. chamomil. in cereuiſia cum puluere cymin.

Vino hoc quoque vtantur: ℞ rad. cichor. fænic. Valerian. Imperator. pæon. ana ℥ ij. conquaſſa infund. in vini menſuram dimidiam.

Vel in forma pulueris ℞ ſem. cymin. ʒj. granor. Iuniperi Num. xij. terantur. bibat in vino vel aq. gentianæ: Item nuclei B glandium in puluerem redacti exhibeãtur.

Puluis ex pluribus compoſitus. ℞ ſem. dauc. ℥ ß. ſem. paſtinac. ſyluestr. ʒ ij. rad. pæon. liguſtic. ana ʒj ß. biſtort. ʒ j. zedoar. ℈ iv. ſem. cymin. granor. pæon. ana ʒ j ß. baccar. laur. ℈ iv. ſem. ammeos ſeſel. ana ʒ ß. lapill. cancror. cinamom. el. ana ʒ j ß. ſuccin. alb. ʒ ß. Fiat puluis, detur manè & veſperi ʒ ß. cum aq. matricar. beton. & C modico vini.

Vel ℞ ariſtoloch. long. & rotũd. myrrh. ana quantum vis, redigantur in puluerẽ, cuius ʒ j. porrigatur.

Sumat quoque de hoc puluere: ℞ ſem. cymin. ʒ ß. rad. Imperator. ʒj. piper. ℈ j. fiat puluis, datur ʒ ß. cum vino.

Mulier

Mulier quædam, Foreſto teſte, præſen- A
is vteri ſuffocation em radicem oſtru-
maſticauit, ſuperbibendo parum aceti
i optimi, ſicque à ſuffocatione libera-
eſt.

Exploratũ eſt certiſſimè mederi huic
ectui ſpecificum ex victriolo martis,
otidie veſperi ante cubitum in vino vel
m aq. artemiſ. matricar. datum.

Eſſentia granorum chamæactes cum B
ir. vini facta quoque in ſedendo hoc af-
ctu magni fit, ſi videlicet cochlear dimi-
lium vſque ad integrum manè aliquoti-
s introſumatur.

Si vires ſimul ſint debiles ſeq. electua-
ium præparetur: ℞ Conſeru. abſinth.
Flor. borrag. ana ℥ j. mithridat. theriac.
diateſſar. ana ʒ ij. diacymin. ʒ ß. Miſc. ca-
piat ad magnitudinem caſtaneæ.

Vel ℞ mithridat. confect. alcherm. a- C
na ʒ ß. Miſc. ſuperbibat aq. meliſſæ.

Vel ℞ mithridat. ʒ j. ſem. cymin. pulu.
℈ j. Miſc. capiat hanc bolum, ſuperbiben-
do aq. meliſſ. & vini ana cochlear. 2.

In maxima virium imbecillitate exhi-
beatur de ſeq. puluere: ℞ tabular. diamar-

H 5 gar.

A gar.frig. ℥ ß.ſpec. cord.℈j.cinam.ʒß.ſacchar. roſat.tabulat. ℥j.fiat puluis.

Vel in rotulis ℞ ſem. vitic. portulac.acetoſ.ana ʒj.ſem.menth. & calamenth.ana ℈ij.ſacchar.diſſolut.in aq.menthæ,fiat confectio in rotulis, capiat ʒj. vel ʒ ij. deinde ſuperbibat ℥ iij. aq. menth.& ʒ ß. vini cydonior.

Rhazis cõmendat ſeq.trochiſcos ſemel B aut bis in ſeptimana ſumptos: ℞ fol.vitic. rut.ſem. cicut. menthaſtr. montan.ſeſel. ariſtoloch.rubiæ tinctor.an.q.placet. Cũ aq decoctionis menthaſtr. & rut.formẽtur trochiſci, pondere ℈ ij. ſiccat ſemen miro modo.

Pilulæ ex fœtidis præparantur, valde efficaces. ℞ aſæ fœtid. ʒj.ſem. dauc.ʒß. pulueriſentur fiantque pilulæ quinq; cum melle roſato.

C Vel ℞ mithridat. ℈ij. aſæ fœtid. ℈j. fiant pilulæ.

Verùm ſi ne his affectio hæc ſubſideret,iis,quæ exterius apposita ſemen digerant & vterum roborent, vtendum eſt, velut ſunt inſeſſiones, vt :

℞ rad. ireos rubiæ maj. lilior. ana ℥ ij.

Valerian.

Valerian. ℥ j. herb. artemiſ. nepit. matri- A
car. meliſſ. ana M ij. Fl. chamæm. M ij ß.
ſambuc. M j ß. Flor. roſmar. baccar. laur.
Iuniper. ana P ij. ſemin. ſeſel ℥ ß. Inciſa co-
quantur pro inſeſſione & fotu.

Si arteriæ circa imum ventris ſimul va-
lidè pulſent ſeq. Emplaſtrum ventri ap-
plicetur.

℞ theriac. ʒ ij. rad. pæon. ʒ ß. cymin. ℈ j.
ſucc. meliſſ. q. ſ. ad incorp. adde pulu. me-
liſſ. & maioran. elect. de bacc. laur. q. ſ. fiat B
emplaſtrum.

In vterum immittatur, (ſi virgines cor-
ruptæ vel devirginatæ ſint, aliàs à peſſariis
abſtinendum) ſeq. peſſarium: ℞ nitrum
& cardamom. cerato ſubigito & puden-
dis ſubiicito: quiddam enim ſaliuæ ſimilæ
elicitur & morbus ſedatur.

Atque hæc de ſuffocatione ex reten-
to ſemine proueniente. Dum autem fla- C
tus huic malo occaſionem præbent, ven-
ter inferior inungatur ol. de Angelic. de
Aniſ. & theriaca. Prodeſt quoque non
parum inunctio ex oleo dulci, in quo
ſemen viticis cinamomum & ſemen An-
gelic. coctum.

Poſtea

A Poſtea emplaſtrum quod ex theriaca ſemin. viticis & angelicæ conficitur ventri imponatur.

Proſunt quoque fomenta ex decocto chamæm. anethin. thym. fænic. rut. artemiſ. aniſ. cymin. baccar. laur.

Vel ℞ matricar. roſmar. rut. ana M j ß. ſem. cymin. dauc. ſeſel. rut. ana ℥ ß. Flor. chamæm. M ij. lauendul. M j. conſpergantur vino & frigantur in ſartagine ven-B trique calidè apponantur.

Reliqua videantur vbi de vteri inflatione tractatur.

Si verò humores maligni ſuffocationẽ vteri excitauerint: ℞ pil. de hier. Nicolai drach. ß. fœtid. ℈ j. fiant pilulæ cum ſyrup. de artemiſia.

Poſtea præparentur humores ſeq. apozemate.

C ℞ rad. pęon. Ireos, ariſtoloch. long. ver. matricar. ana ℥ ß angel ʒ iij. Imperat. drach. ij. herb. roſmar. meliſſ. menthaſtr. ana M j. card. bened. M ß. ſem. cymin. paſtinac. ſatiu. card. Mariæ ana drach. iij. eryng. ℥ ß. coq. in aq. & vini menſura vna & aq. libr. 3. in diplomate, bibat manè & veſperi hauſtum.

Deinde

Deinde ſeq.pilulę cõficiantur ℞ ſpec. A
elect. bened. ℥iij. colocynth. præpar. turbith. eſul. corr. ana ℈ß. pulueriſata excipiantur ſyr. de matricaria aut de artemiſ. fiant pilulæ. Doſis conſtituatur pro hominis complexione.

Vel ex fœtidis præparantur ſeq. valde efficaces: ℞ caſtor. ℈j. aſæ fœtid. ℈ß. myrrh. galban. ſagapen. ana ℈j. ſyr. abſinth. q. ſ. fiant pilulæ: capiat frequenter ℈j. B

Vel ℞ caſtor. ℈j. aſæ fætid. opopanac. ana ℈ß. ſem. pæon. vitic. bauc. ana drach. ß. myrrh. ℈j. cũ triphera magna fiat maſſa: datur drach. ß.

Vel ℞ mithridat. ℈ij. aſæ fœtid. ℈j. fiant pilulæ, capiat manè frequenter.

Detur quoque theriaca vel mithridatium cum ſemin. angelic. ac Imperatoriæ. C

Propinetur quoque ſpiritus victr. cum ſale corall. rubr. in aq. meliſſ. & artemiſ.

Caſtor. drach. j. bulliat cum rad. oſtrut. diptam. ana drach. ij. in vino, de quo vino manè hauſtus ſumatur.

Cum

A Cum grauidæ ſuffocatione vteri corripiuntur his præmiſſis remediis omnibus vti Medicus non audet; multum enim aperientia pharmaca ob conſecutionem abortus tum temporis exterminanda ſunt. Purgantia igitur ſi neceſſitas ea efflagitet, ſint mitia vt exemp. gr.

Rhabarb. puluer. drach. j ß. cum con-
B ſerua violar. vel earundem ſyrup. exhiberi poteſt.

Vel pulu. flor. violar. cær. drach. j. cum iure aliquo detur.

Vel pruna damaſc. coquantur in decocto fol. ſen. quæ ante alios cibos in principio paſtus comedat.

Poſtea ſeq. puluis exhibeatur: ℞ corn. ceru. vſt. ebor. vſt. zedoar. ſem. cymin.
C macerat. in aceto & rurſus exiccat. an. ʒj ß. Iulor. iugland. ſiccat. ſem. lactuc. vitic. an. drach. j. corall. rubr. præpar. ℈ ij. fiat puluis, doſis ℈ ij. vel drach. j.

Vel ℞ conſeru. flor. abſinth. borrag. ana ℥ j. confect. mithridat. drach. ij. diacymin. ʒ ß. Miſceantur, capiat ad magnitudinem paruæ caſtaneæ.

Infernis non odorata ſubiicienda ſunt, ne

ne abortus ſubſequatur, quod ſedulò obſeruandum. A

Vmbilico applicetur ceratum ad matricem ſupra corium extenſum & in circuitu galbano obductum.

Pro coronide hic addendum quod legitimus concubitus cum viro, multum in omni vteri ſuffocatione præſtet.

CAP. VI. B

De vteri procidentia.

ANtequam directò ſtylus ad vteri procidentiam vertatur, non inconſultò in dubium vocatur, num præter deſcenſum, aliter vterus dimoueri poſſit; præſertim cum quidam Medicorum reperiantur, qui vterum mille modis è genuino C ſuo loco ſecedere, conſtanter affirment, aſſeuerantes experientia conſtare, crebrò ex vno latere vterum proſilire in aliud. Quò autem huius quæſtionis deciſio ſeu ſolutio ſit facilior, vidēdum primum quē ſitum in corpore vterus habeat, & quot quibusq; vinculis ſeu ligamentis reliquis partibus connectatur.

Locatus

A Locatus eſt vterus in infimo ventre, in ampla ſcilicet coxarum capacitate inter veſicam & rectum inteſtinum; illa anteriore parte; hæc poſteriore puluinaris & ſubſterniculi vicem gerunt, ne oſſium duritie lædatur. Alligatur vteri fundus anterius, poſterius & ſuperius nulli parti adiacenti, ſed ab omni connexu liber eſt, quò commodè in conceptu in omnem partẽ
B extendi poſſit: At in lateribus ligamentis quatuor, quorum duo ſuperiora ſunt & totidem inferiora, connectitur. Superiora ligamenta à lateribus oſſibus ilii in vteri fundum propè cornua inſeruntur lata ſunt & membranoſa. Horum beneficio vterus cum in vtramque eius partem diſtribuãtur detinetur, quæ licet valida ſint, attamen laxa admodum ſunt & mollia, ita vt in nulla alia parte adeò laxa reperiã-
C tur, quia cum toto vtero extendi & ipſum ſequi citra lacerationem debuere. Ligamenta inferiora quæ proceſſuum neruorum inſtar, rotunda & lumbricis ſimilia ſunt à lateribus vteri, vbi in ſuo exortu vaſa ſemen deferentia contingunt, aſcẽdunt ad inguina & peritonæi productionem tendi-

tendineſque muſculorum obliquorum A perforantia ad oſſa pubis feruntur. His nunc præmiſſis reſponderi poteſt, nexum vteri non obſiſtere, quin vterus cum retrahantur eius vaſa ſimul retrahatur, & ꝙ nonnunquam ita ſe contrahere poſſit vt malignitatem à qua impetitur à ſe abiicere poſſit, vt in ſuffocatione vteri latius demonſtratum eſt; quod autem ex vno latere in alterum prorumpere poſſit, vt fœminæ falsò ſibi perſuadent, veritati conſentaneum haud videtur. Motus autem B vteri quem fœminæ modo ex vno latere in alterum tranſſultare perſentiſcunt, oritur, cum vaſa vtero implātata à ſanguinis copia ita extenduntur, vt quaſi breuientur, hanc vaſorum abbreuiationem vteri retractio tunc ſequitur. Ex his nunc conſtat vterum non verè à loco dimoueri ſed apparenter. Nunc ad vteri procidētiam. C

Vteri procidentia etiam exitus, egreſſus & præcipitatio matricis, item prolapſus ac deſcenſus vteri dicitur. Fernelius inter prolapſum & deſcenſum vteri diſtinguit, quod in deſcenſu in infimas par-

A tes vterus prouoluatur; in prolapſu verò vterus euerſus foris procedat,eiusq; fundus ita promineat, vt manu attrectari anſerini oui magnitudine poſſit.

Eſt autem procidentia vteri dimotio & deſcẽſus ex loco naturali deorſum verſus, ob imbecillitatem eius virtutis, quæ in ſitu debito ipſum retinere debebat.

Exurgit illa à relaxatione & diſſolutio-
B ne vel diuiſione ceruicis vteri à partibus, quibus annectitur. Cum enim vterus in fundi lateribus admodũ laxè peritonæo copuletur, ſi ceruici ſuæ quaſi baſi firmiter non inniteretur, facilè procideret, cũ non ob laxitatem ligamentorum propriorum ſuſtentari poſſit; vt igitur ſuſpẽſus ſit,& non ſubſideat in corpore, ceruice ſua ſubfulcitur, cuius connexus ſi diſſoluatur, vterus ſimul prolabitur. Qui
C prolapſus maior vel minor eſt,prout vteri collum à ſubiectis partibus magis vel minus diſiungitur. Concidit autem tantum in vnum latus laxatis vel diuulſis alterius partis membranis,vel deorſum, in pudẽdum ſcilicet,vtroque latere affecto.

Diſſoluitur autem vteri ceruix & pellitur

litur vterus deorſum in magnis conatibus A
ſæpe iteratis, in deiectionibus difficilioribus vel exſufflationibus, vnde & inteſtina & cum illis vterus deorſum validè premuntur. Maximeque ab eo conatu, quē in partu mulier adhibet: Si præſertim is ob difficultatem pariendi, magna vi peragatur, vterusque cum fœtu in ſinum ceruicis nimium detrudatur: eoque citiùs, ſi & fœtus cum difficultate per anguſtias il- B
las tranſiens, ceruicem validè etiam impellat, & ſic quoque à connexu liberetur. Vel ſi ſecundina adhærens adhuc vtero, ab obſtetrice ita trahatur, vt & vterus cū ea in ſinum feratur, ceruixq; ſimul detrahatur. Quorum cauſa & frequentius poſt partum vteri procidentia ſolet contingere, illisque mulierib quæ crebrò pepererunt, atq; eiuſmodi vim ſæpè paſſæ ſunt, tandem hoc vitium vel mox vel iam ſe- C
neſcentibus ſuperuenire.

In ſaltu aliavè corporis concuſſione, item plaga & oneris leuatione ac geſtatione valida vel ſæpè iterata hoc idem poteſt accidere, videlicet ſi ligamenta vteri diſiungantur diſtringanturque, cum tunc

 nihil

A nihil ſit quod vterum erectũ tenere poſſit, vterus neceſſariò prolabi cogitur.

Cum etiam in fluore vterino, vel congerie prauorum humorum ceruix vteri continuò humectetur atque laxiora fiant ligamenta, vterus aliis de cauſis impulſus, promptius procidere ac inuerti poteſt, à ſolis autem humoribus ita ligamenta diſſolui nequeunt vt vterus egrediatur, niſi

B corruptio & putredo fibras ligamentaq; abſumens inſequatur.

Signa demonſtratiua obſeruantur ſequentia: Percipit obſtetrix vterum pudẽdo obuium inſtar oui gallinacei aut glomeris fili, magis vel minus pro affectus magnitudine, cum ſenſu ponderis pudẽdo incumbentis, cum ſtant erectæ. Sin verò ſedeant, aluumque exonerent, dolor vehemens percipitur circa regionem pudendi & oſſis ſacri. Si multum promi-

C neat, dolor ac ardor maior ſentitur, vrina paulatim exit & pudẽdum tranſitu mordet, tempore egeſtionis & mictionis malum augetur.

Signa cauſarum partim ex ęgræ vel aſtantiũ ſermone, partim ex propria αὐτο-ψίᾳ colliguntur.

Affectus

Affectus hic cum recens eſt & non nimium vterus prociderit, ſed in ſitu incluſus perſiſtat, facilè dirigitur, & rectè locatus permanet, præcipuè in vigore ætatis. In ætate prouectioribus reponitur quidẽ, ſed ex leui occaſione rurſus prolabitur. Si multum prociderit, ita vt extra os vuluæ exierit, & longo tempore durarit, difficulter aut nunquam integrè curatur. Si ex corruptione & putredine ligamenta putrefacta ſint, fruſtrà repoſitio fit. A

B

Cæterum ad curationem perficiendã, tum perfectam, c., a partes hæ diſiunctæ vniuntur, vel imperfectam, ſi hoc fieri nequeat, vt ſaltem prolapſus ille vitetur, primum illa cauſæ, dein morbo accommodanda.

Cauſæ, quæ vterũ propellit, ratione, cura inſtituitur, ſi illa ante omnia auertatur. Quod fiet ſi quietę maneant, aut leuiora ſaltem munia obeant: A coitu quantum poſſibile ſit ſibi temperent: Occaſiones, quæ eas ad ſternutandum tuſſiendum & vociferandum adigunt, vitent: ſtudeant quoque omni tempore vt aluus ſine magno conatu reſpondeat. C

A Morbo duplici modo curatio adhibetur. Primò id quòd ab vtero prolapſum in priſtinum locum reponatur, repoſitum deinde retineatur, & vt rurſum cum illis à quibus auulſum eſt vniatur efficiatur.

Antequam in ſinum vteri, vterus prolapſus reponatur, fœmina alui fæces atq; vrinam prius reiiciat, deinde mulier ſuper dorſum ſupina decumbat cruribus B diſtentis genibusq; ſurſum attractis, manibus baſin ſacci prouoluti introrſum premat, ſurſumque in ceruicem trudendo, ſicque inuertendo, do[illegible]c in ſinum vſque omnia remearint, adigat. Vel ſi ægrè ſuccedat, obſtetricis opera hoc peragat, vel panno linteo ſæpè conuoluto filoque ſtrictè ligato, vel ſubere cera oblito, vel bacillo craſſiore obtuſo pannis inuoluto hoc faciat, quò & in ſinum profundius quàm C ſolis manibus poteſt repelli. Vterus adhuc facilius intrudetur, ſi fœtida in ſummitate peſſi aut baculi inuoluti ponantur, & odorata naribus obiiciantur.

Quod ſi verò, quò minus vterus ſinum denuo ſubire poſſit, tumor in hac procidentia ſubortus impediat, hic ante omnia

erit

erit tollendus;Si inflammatio ſit,hæc quę A
huic ſanandæ competunt, ſi inflatio,quæ
eam diſcutiant,vſurpanda.

Vt promptius intromitti poſſit & minus facilè rurſum prolabatur, ſi non inflammatio obſtet, id quod procidit fomentetur roſmarino,nummularia ſaluia, & abſynthio,in vini & aquæ æqualibus partibus decoctis.

Vel ℞ cort.pin. ℥ij. cortic. thur. ℥ ß. B
cort.quercu. ℥iij. herb.abſinth.heder. mural.ana M j.Fl. roſar. rubrar. M j ß.balauſt. M ß. fiat decoctio in aqua ferrata & vino aſtringente.

Vel ſi tumor ſit calidus vtatur inſeſſione parata ex decocto rad. althæ, bryon. malu. ſemin. lini flor. chamæm. & melilot.

Hac fomentatione & inſeſſione tu- C
more diſcuſſo vterus rurſus intrudatur manibus vel peſſariis ſupra explicatis.

Abſtineat fœmina à cibis frigidis & flatulentis,quales ſunt piſces, rapæ,olera & ſimilia, cibis quibus veſcitur incoquatur roſmarinus. Potus ſit vinum rubellum in quo infundantur meliſſa & roſmarinus.

A Quò natura vterum repoſitum retineat detur per os ſeq. puluis:

♃ Oculor. cancr. rad. zedoar. ſemin. paſtinac. domeſt. ana ʒ j. nuc. moſchat. ʒ ß. fiat puluis, detur ʒ j. cum vino.

Vel ℞ pulu. corn. ceru. fol. laur. ana ʒ j. myrrh. ℈ j. fiat puluis, qui detur binis vicibus cum vino auſtero.

Quidam commẽdant ſeq. puluerem, B quo vterum ſtatim in ſuam ſedem reuocari aſſerunt, ſi cum vino auſtero ſumatur, ſumunt corn. ceru. vſt. folior. laur. ſiccat. & myrti ana ʒ j. rediguntque in puluerem.

Extrinſecus quoque balneo vtatur ſeq. diebus aliquot manè: ℞ meliſſ. roſmar. cynogloſſ. ana M. x. decoquantur in ſuff. quant. aquę pro balneo, in quo aliquoties candens chalybs extinguatur. Antequam C ſedeat in balneo ſacculum ſtercore equi repletum calidè vtero admoueat, eundem quoque egreſſa balneo adhibeat.

Item decoctum gallarum in aqua ferrata per ſyringam in vteri ceruicem iniici poteſt, ſimulque fumus è ſtercore bouino

uino ſiccato, carbonibusq; impoſito excipiatur, vel fiat ſuffumigium ex corio anguillæ. A

In ſuffumigiis autem ſedulò obſeruãdum, cum fœtida illa ſunt, quod bene cauendum ne vapor ad ſupernas partes exhalet.

Apponatur quoque ceratum ſeq. ℞ bol. armen. ſang. drac. hypociſt. ſumach. ana ℥ j ß. corall. rubr. gland. roſar. rubr. B
myrtill. ana ℥ ß. pulueriſentur & cum pice & reſina pini q. ſ. fiat ceratum, quod ſupra corium extenſum vteri regioni applicetur.

Vel ℞ thur. maſtich. opopan. galban. ſerapin. terebinth. ſtorac. liquid. picis ſiccat. ana partes æquales, ceræ parum, fiat emplaſtrum quòd anterius & poſterius vteri regioni imponatur.

Roſmarini flores linteolo impoſitos C
quoq; frequenter odoret.

Si his omnibus nihil efficiatur balnea aquarum ſulphurearum conſulantur:

Vt vterus magis retrahatur cucurbitulæ in regione vmbilici apponantur, vel in cubito vena ſecetur.

A CAP. VII.

De vteri inflatione.

VTeri inflatio magnam ſimilitudinem cum tympanite & mola vteri habet, vt etiam exercitatiſſimi illam ab his, niſi adhibita accurata indagine, diſcernere primo aggreſſu nequeant. Præſtat igitur eam quoque ſpecialiter non leui pede, vt
B dicitur, percurrere, ſed dilucido mentis oculo introſpicere, quæ ſit eius natura, ac deinde qua ratione eradicari & auferri poſſit inquirere.

Eſt verò vteri inflatio tumor præter naturam ventris inferioris, grauiſſimis cruciatibus moleſtans, ex vtero in tumorem à flatibus ibidem incluſis eleuato.

C Flatus interdum in vteri cauitatem feruntur, aliquando intra membranarum vteri ſpatia concluſi continentur, aliquãdo in anguſtis eius meatibus comprehẽduntur.

Felix Platerus multis tueri nititur rationibus, in cauitate vteri non tantam flatuum copiam colligi, vt inde vterus inſletur extuberetque. Non enim, inquit, cũ

carno-

carnoſus & neruoſus ſit, adeò ac ſi mem- A
braneus eſſet, diſtendi vt extendatur &
doleat poteſt. Licet enim vterus amplior
in quibuſdam ſit mulieribus , vel natura
vel humiditate multa relaxatus,tamen
neque tunc adeò impleri aut extendi, vt
dolor inde ſequatur,poteſt:cum ſi magna
illic eſſet repletio vt putant põderis tunc
ſenſum & moleſtiam potius, quàm dolo-
ris præberet.Sicuti à fœtu grandi, ſi ille v-
terum nimium grauet,accidit. Probabi- B
lius igitur eſſe retur in vaſis vtero intextis,
quæ aliàs minima ſunt,& vix apparent, &
in:ra membranarum vteri ſpatia vitioſos
humores vnà cum flatibus colligi, vnde ſi
vteri vaſa dilatentur eaque ampliora effi-
ciantur, ſimul vteri ſubſtantiam quoque
nonnihil attolli, vt intumeſcentia ſeu in-
flatio ventris ſe prodat. His quidem, pra-
ctici illius celeberrimi rationibus non le-
uibus,veterum opinio concuti poſſet,niſi C
experientia contrarium demonſtraret,&
aliquoties obſeruatum & compertum eſ-
ſet, copioſos flatus ex vteri ore interdum
emitti.Solenander in conſiliis ſuis ſcribit
de puerpera quadam intẽpeſtiuus egreſſa
puer-

A puerperium, quæ cõtractis doloribus magnis ſuffitu, ex nucibus myriſticis per inferiora adhibito, eliſo interius velut pyrii puluere crepitu percurata ſit. Eius rei ſimile ferè exemplum occurrit apud Cordæum comment. 3. ad libr. 1. de muliebr. Hippoc. Vnde apparet in vteri cauitatem quoque flatus ferri, qui eum extendere vt doleat poſſint. Quod facilè fieri poteſt

B poſt partum poſtquam fœtus prodiit, dũ vteri internum orificium adhuc amplum & apertum eſt, ſi non bene muniantur hæc loca, aër externus tunc in vterum irrumpens, flatibus occaſionem præbet. Alio verò tempore ſi vterus infletur id non à circumfuſo aëre, ſed potius à debilitate caloris natiui contingit. Calor natiuus bifariam debilis dici poteſt. Primò ſuapte natura cum in humidam materiam agẽs,

C eamque aliquo modo diſſoluens vapores ſpiritusque excitat, quos ob debilitatem abſumere nequit. Deinde calor dicitur debilis reſpectu materiæ, cum à materiæ copia obruitur & opprimitur quaſi, quãuis tunc calor ſatis fortis, tamen ſi materia nimis copioſa, vel cruda, vèl craſſa, vel aliter

ter inepta ſit,eam totam vincere non po- A
teſt. Si etiam calor fortis nimis ſubitò totam materiam reſoluit, aut eam nimis promptè agitat flatibus occaſionem præbet. Debilitatur autem calor aut ex vteri percuſſione,aut ex crebro partu,vel abortu præſertim laborioſo, aut ex vteri in aliquam partem conuerſione, aut cum humores praui in vtero continentur, aut ex iecoris vitio vtero communicato, aut ex B
retentis viſcoſis craſſisque menſtruis.

Cauſæ externæ flatus excitantes ſunt: fabæ,piſa,caſtanea, rapæ, fructuum fugacium eſus; ex potibus, ceruiſia maximè recens,& nō ſatis decocta, vini muſti potus, item immoderata ingurgitatio.

Solet in inflatione vteri non ſecus ac in tympanite imus venter ad pubem intumeſcere,vt percuſſus ſonitum edat, vẽter doloribus premitur pungitiuis, qui interdum per ſeptum tranſuerſum,lumbos C
& ventriculum excurrunt,nonnunquam vel vtrinque ad ilia vel ad alterum latus extenduntur;ſed & vmbilicum lumbosq; & pectinem moleſtant; imò & caput in conſenſum trahunt, agitato corpore interdum

A terdum ſonitus obauditur, nonnunquam flatus è ceruice manifeſtò prorumpunt, ſentiunt quoque ſępenumero mulieres vterum ad ventriculum inſtar globi cuiuſdam efferri. Addit Hippocrates, quod facies ſubtumida fiat atque decolorata, reſpiratio interdum difficilis ſit, vt excitatæ à ſomno cum anxietate ſpiritum ducere cogantur, & quòd à cibo & potu
B quocunque videatur malum exacerbari, quodque frequenter eructent, & à ructu melius habeant, ſæpe ſuffocationem vteri incurrant, menſes occultentur, neq; eo tempore ſemen concipiatur, & lotiũ detineatur, interdum adeò ſecundum veſicam & vterum doleant, vt nequeant ferre admotam manum, & quod pedes œdemate intumeſcant.

Differt inflatio vteri à tympanite, ꝙ in inflatione mitior ſit ſitis, & vires minus
C deiiciantur, ſuperiores corporis partes nõ ita extenuentur & quòd inflatio vteri per interualla creſcat aut decreſcat.

Ab hydrope vteri diſſidet, quod in inflatione vteri vterus tactui tenſus appareat, in hydrope vteri verò mollis & flaccidus

dus ſit, deinde in hydrope vteri, inflatio- A
nis ſigna quidem adſunt, ſed grauitas maior & ſonus quaſi fluctuantis aquæ; In hydrope vteri quoque aliquando nonnihil aquæ ex pudendis extillat.

A mola vteri inflatio ſecernitur ſeq. ſignis, mammæ in inflatione vteri non ſtatim intumeſcũt, quemadmodum in mola vteri fit, nec in inflatione vteri mammæ lactis ſpeciem aliquam exhibẽt, vt in mo- B
la ſæpenumero contingit; in mola ſentiunt fœminæ grauitatem quandam in vẽtre, quaſi lapis aliquis ibi ſubſiſteret, item cum decumbũt ſupra alterum latus percipiunt molam de vno latere ad alterum deuolui, quæ duo ſigna in inflatione vteri non apparent; ex interuallis tertio quoq; menſe fœminis molam in vtero gerentibus effrenes fluores ſuperueniunt, quos fœminæ in inflatione vteri non perſenti- C
ſcunt.

In curatione inflationis vteri duo peragenda ſunt: Primò calor natiuus eſt corroborandus, & materia in quam agit eliminanda, vel ſi ea non planè præter naturam ſit præparanda, quò à natiuo calore ſubigi

A ſubigi & euinci poſſit; dein meatus vteri ſunt reſerandi flatusq; geniti ex iis profugandi.

In caloris natiui imbecillitate purgantia non habent locum, cum magis vires deiiciant & flatus augeant, niſi maxima prauorum redundantia is quaſi ſuffocetur, tunc quò rurſus emergat viresque acquirat, leue aliquod purgans quod ſimul B eum reficere queat non improficuum erit, quod hic delineare non neceſſarium eſt, cum ex præcedentibus capitibus id reuocari poſſit.

Deinde adhibeantur medicamenta flatus reſoluentia, ſedulò autem cauẽdo, ne nimis fortia ſint (ſi autem ex frigore aëris ambientis, aut potu frigido, calor debilitatus ſit, maiori audacia calidioribus C vti licet,) qualia ſunt: dianiſon, diacyminon, diacalamintha, diacurcuma, vel ſeq. puluis qui recipit ſem. aniſ. fænic. carui cymin. dauc. baccar. laur. an. ℥ß. ſemin. bauc. ʒ ij. caryoph. cubeb. piper. long. ſemin. rut. ana ʒ j. galang. ʒ ij. zingiber. ʒ j. ſacchari anthoſati ℥ iij. miſceantur, fiatq; puluis, detur ʒ j. cum vino.

Vel

Vel deſtilletur ſeq. aqua: ℞ rad. genti- A
an.angel.pomeranç Helen.an.℥j ß.herb.
menth.puleg. rut, ſalu. roriſm. maioran.
ana Mj. ſemin. cymin.aniſ.fœnic. ana ℥ j.
baccar.Iuniper.M ij.cubebar.granor.pa-
radyſ.galang.ana ℥ ß. Conterantur & cũ
vino generoſo deſtillentur l. a. huius aq.
cochlear vnum vel alterum per ſe vel cum
liquore appropriato exhibeatur.

Ex vſu quoque eſt theriaca vel mithri- B
datium cum vino vel aq.aniſi rad angelic.
pimpinell. & Imperator. tam extracta
per alembicum quàm per decoctionem
parata.

Extrinſecus inunctiones calidæ,fomẽ-
ta,cataplaſmata conuenient, quæ cum v-
na diſpellant flatus, poſtea ea detegen-
tur.

Si verò materiæ vitio flatus exciten-
tur,præmittantur leues purgationes ex pi- C
lulis maſtichinis aureis, aggregatiuis co-
chiis;harum locum ſupplere quoque po-
teſt ſpiritus vitæ aureus Rulandi vel ſeq.
puluis cuius ℥ ß.in vini hauſtum infunda-
tur,& poſtea colatura propinetur: ℞ fol.
ſen.mund.℥ j.epithym.tartar.alb an.℥ ß.

K turpeth.

A turpeth. gummoſ. ʒiij. cinamom. caryophyll. galang. ſem. aniſ. ana ʒj. diadacryd. ʒj ß. Miſc. F. puluis.

Deinde vtendum iis pharmacis quæ flatus diſcutiunt, admixtis tamen medicamentis, quæ incidere, attenuare & abſtergere valent. Mirum in modum has intentiones abſoluunt ſudorifera ex radice chynæ ſarſ. parill. aut ligno Indico præparata, quibus, prout vtile vel neceſſarium

B videtur, quæ flatus diſſoluunt admiſceri poſſunt. Ol. baccarum Iuniperi, præparãdo materiam, ſtrenuè flatus propellit, & ne denuo generentur præcauet. Laudatur etiam oleum amygdalar. amararũ affatim bibitum.

Decoctum factum ex lauendula non leuiter prodeſt.

Vel ℞ rad. matricar. ℥ ß. nuc. moſch.

C ʒ ij. baccar. Iuniper. M j. baccar. laur. M ß. Fl. roſmar. P. iij. coquantur in vino albo, bibat de hoc vino manè & veſperi.

Flatus maximopere diſcutit cucurbita magna cum flamma copioſa ſub vmbilico affixa, ſi violenter detrahatur.

Puluis ſequens egregias vires in diſpellendis

lendis flatibus obtinet: ℞ cinamom.nuc. A
moſchat.cardamom.ana ℥ ß. zingib.ʒ vj.
piper.long.ʒ j.croc. ℈ ß. fiat puluis, cuius
drachma vna cum cõuenienti liquore detur.

Puluis radicum Imperatoriæ zedoar. & imprimis gentianæ à ʒ j. ad ʒ j ß. cum vino generoſo, aromatibus aliquando additis propinatur.

Vel ♃ pulu macer.℈ ij.croc.℈ j.piper. B
nigr.craſſiuſcule quaſſat.℈ ß. Miſceantur,
exhibeatur cum vino.

Soleo nonnunquam maximo cũ ſucceſſu ſeq. puluerem dare, qui recipit ſem. cymin. in aceto macerat. rurſumque exiccat. ʒ iij ameos zingiber. ana ʒ j. rad. dictamn. ſem. bauc. ana ℈ ij. granor. pæon. ℈ ij. caſtor. ping. ℈ ij. fiat puluis, cuius drachma cum vino calido propinetur.

Myrrha puluerifata ſi ex vino bibatur
feliciter flatus expelli experientia con- C
ſtat.

Vel ♃ Trypher.magn. ℥ ß. aq. matricar. ℥ viij. Miſceantur, detur binis vicibus.

Quidam commendant valde ſeq. decoctum quod recipit rad. matricar. ſuccif.

A ana ℥ ß.granor. iuniper. baccar. laur. ana ʒiij.ſemin.cymin. ʒß.aniſ.ʒ ij.cerui dauc. ana ʒ j ß. nuc. moſchat. ℥ ß. ſchœnanth. ſpicæ ana ʒ j.herb.menth.acut. fol. roſm. ana M j.coquantur in vino.

Inter externa ſeq. linimentum nõ poſtremas obtinet: ℞ Ol.de ſemin. angel. lilior. ſambucin.ana ℥ j.axung. anſer. cunicul.gallin.ana ʒ iij.mucilag.althę, ſemin.
B lin.fœnugræc.in aq.chomomill. extract. ana ʒiijß.pulu.aniſ.cumin.dauc. ana ʒ ij. ceræ q.ſ.fiat vnguentum.

Mirum in modum etiam prodeſt hoc, contra flatus vteri & inde ortos dolores: ℞ Ol.Anethin. ℔ j. ſemin. vitic. rutæ ana ʒiij.cinamom. ℥ ij. omnia conquaſſata oleo immergantur, ac diebus 40. ſub caniculæ ardoribus inſolentur, aut loco tepido ad focum contineantur, quoad oleũ vim
C materiæ abunde induerit. Inungatur venter.

Vel fiat inunctio ex ol. rutac. lilior. & anethin.& in progreſſu oleum cheirinum adiungatur.

Experimentum ex nuce moſchata, cuius ſuperius mentio facta eſt ex Solenandro,

dro, quidam pro ſuo ſecreto venale exponentes hoc modo accommodant: Nucē moſchatam integram ſecant in quatuor particulas, applicant ad orificium vteri, infundibulum & particulam diuiſæ nucis ſuper carbones proiiciunt ardentes, vt fumus recta per canalem ipſum vteri fundū quodammodo ferire poſſit. Si non primo aggreſſu proceſſerit, ſemel atque iterum imò tertiò reiterare oportet, tandem vē- B tus intro clauſus cum bombo & motu totius corporis penè cum impetu proſilit, & mulieres ab inflatione vteri liberantur. A

Approbatur, ſi tumido ventri baccæ lauri contuſæ in forma emplaſtri applicentur.

Commendabilis quoque eſt pellis recens mactatæ ouis vino meraciori prius irrigata ventri calidè admota. C

Applicetur item ventri emplaſtrum de baccis laur.

Vel ſacculus concinnatus ex flor. chamæmel. melilot. artemiſ. puleg. meliſſ. furfur. cumino, matricaria, ruta, ventri ſæpius calidè apponatur.

Vel ℞ herb. calaminth. matricar. ana M ij. herb. abſynth. meliſſ. roſm. an. M j. fl.

 cha-

A chamæm. Mij. ſem. cymin. M j. conquaſſata frigantur in ſartagine ſenſim irrorando vino ne comburantur, poſtea cum linteo ventri calidè admoueantur. Vel ſacculus milio & ſale torrefacto repletus vẽtri calidè imponatur.

Cataplaſmata conducunt ex ſtercore ouis vel vaccæ, vel capræ, additis quibuſdam flatus diſcutientibus: Exempl. gr. ℞ B ſtercoris vacc. ℔ j. cymin. ℥ ij. ſem. apii petroſel. an. ʒ iij. mellis cocti parũ, vini maluatici q. ſ. miſceantur, fiat cataplaſma.

Thermæ ſulphureæ & nitroſæ in hoc affectu valde conferunt. Si à partu inflatio ſuperueniat, non opus aliã purgationem moliri, quàm quæ per vterum fit, quæ ſi non ſatis procedat, eſt iuuanda peſſariis attrahentibus & cucurbitulis appoſitis in coxis, aut aliis remediis præſcriptis ad mẽ C ſes retentos. Si ex retentione menſtruorum inflatio originẽ trahat, ea prouocanda erunt, quod non ſegniter præſtant peſſaria ex benedicta præparata adiectis ſimul flatus diſcutientibus, conſtrictio ventris per faſcias quoq; fiat.

Frictiones pedum à femore deorſum factæ, diuertendo proſunt.

Finis libri primi.

A

Liber Secundus.

DE AFFECTIBVS CVIQVE FOEMINARVM SORTI SEV DIFFERENTIÆ PROPRIIS.

B

CAP. I.

De morbo Virgineo.

HACTENVS in primo libro præcipui affectus, omnibus adultioribus communes, expoſiti ſunt, nunc eadem ſerie affectus cuique fœminarum ſorti proprii, C & peculiares, ſubnectendi erunt. Atqui hi rurſus variant, quod vel extra coniugiũ in virginali ſtatu vel in coniugio viuentibus obtingant.

Extra coniugium viuentes virgines, pręter reliquos morbos quos cum adultioribus fœminis habẽt communes, præcipuè virgineo morbo corripiuntur.

Digitized by Google

A Morbus virgineus icteritia alba, vel febris alba à quibuſdam appellatur, imitatione Hippocratis, qui alias rubras, alias pallidas & liuidas febres appellauit, non quod ſemper virgines hoc morbo laborantes febricitent, ſed quia ſpecimen febrientium præ ſe ferant, nimirum debilitatem & pulſus celeritatem, non ob caloris augmentum, ſed ob vẽtilationis de-
B fectum; Item febris amatoria quibuſdam dicitur ideo, vel quod facies earum plerunque pallida, vel quod amantibus aut amabilibus virginibus ſæpe accidat.

Eſt autem hic affectus malus ac vitioſus corporis habitus cum colore vitioſo & grauitate membrorum, accedente plerunque cordis palpitatione & dyſpnœa, proueniens ab obſtructione vaſorum circa vterum, ob quam ſanguis ad venas ma-
C iores remeat.

Cauſa immediata & proxima ſunt humores craſſi, viſcoſi, crudique, venas circa vterum obſtruentes prohibenteſq; ne ad vteri locellos vel alias conuenientes à natura deſtinatas vias ſanguis liberè permeare poſſit, ſed per venæ cauæ maioris-
que

que arteriæ propagines ad cor, epar, dia- A
phragma & præcordiorum venas remeare cogatur: capiti quoque bona pars impertitur, & circa viſcera accidentia grauia parit, dyſpnœam (cum enim præcordiorum venæ infarctæ ſunt, hypochondriorum viſcera quoque intumeſcunt, quæ diaphragma comprimunt coarctantque, vnde difficilis tunc emergit reſpiratio,) tremulum cordis palmum (cum flatuoſi B
ſpiritus & vapores cordi communicantur, contra quos cor eluctans palmo contremiſcit,) epatis inflationem (cum ſanguis craſſus in epate retentus eius venas obſtruit, vel in epate putreſcit malamque qualitatem aſſumit,) ſtomachi faſtidium & cardialgiam ob cacochymiã, quæ huic affectui ſæpenumero adiungitur. Quod Hippocrates in libello de virginum morbis his teſtatur verbis; Virgines, inquit, C
quibus nuptiarum tempus aduenit, maturæque iam viro ſunt, ſpectrorum imaginariis terroribus affliguntur, præſertim dum menſes deſcendunt. Nam ante hoc non admodum malè afficiuntur, poſtea verò ſanguis in matricis locellos tanquã

A effluxurus deſtillat & deſcendit, quum oſcula exitus obſtructa fuerint, ſanguiſque ob cibaria & corporis incrementum auctus, illic collectus, ſubſiſtit plurimus, nec vnde effluat exitus venarum pateāt, præ copia, cor, ſeptum tranſuerſum præcordiaque petit: quibus repletis, cor ſibi non conſtat & torpet: ex torpore verò
B deſipit & delirat. Hactenus Hippocrates.

Hæ obſtructiones oriuntur vtplurimū ex ventriculo malè diſpoſito ſi cibos non bene concoquit, ſed chylum crudum relinquit, qui ad venas meſaraicas raptus ob craſſitiem vel aliam prauam qualitatē earum oſcula coanguſtat & obſtructionibus occaſionem præbet. Et ſi forſan has
C venas pertranſiret, hepar tamen (cum primæ concoctionis errata emendare haud poſſit) inde bonum ſanguinem conficere non poteſt. Vnde & in hoc affectu quemadmodum redundante bilioſo humore icteri ſpecies elucent, redundantibus humoribus craſſis crudiſque vniuerſum corpus albo pallet colore, qui nunc ad flauū nunc fuſcum & nigrum colorem pro admixtione

mixtione diuerſorum humorum tendit. A
Præterea ſi interiora viſcera impuritatem & copiam excrementorum in ſe continent, eamque ad venas circa vterum eructent, præſertim ſi craſſa viſcidaq; fuerit, ſanguini quoque remora iniicitur.

Copia excrementorum prouenit fouetur que ex alimentis impuris atq; corruptibilibus: vt ſunt lacticinia, mel impurum, piſces ſine ſquamis, caſeus, cucurbitæ, melones, cucumeres, caro ſuilla, item carnes fumo induratæ, vel nimis pingues, aues paluſtres, legumina vt piſa, fabæ, ac fructus horarii & ſimilia. His annumerãtur quoque euacuationes intermiſſæ, vita otioſa, mœrores & ſolicitudines. B

Signa dignoſtica, alia communia ſunt, alia partium læſarum propria. Communia ſequenti ſerie enarrantur: color faciei eſt quadamtenus ſubalbidus, interdum plumbeus aut liuidus, corpus eſt graue & pigrum, & dum mouentur animo ſtatim deficiunt, partes corporis præſertim pedes iuxta malleolos tument, reſpiratio eſt difficilis, præſertim cum ſe vehementer mouent, aut loca alta accliuiaque conſcẽdunt. C

A dunt, arteriæ temporum ſenſibiliter pulſant, cor palmo vt plurimum contremiſcit, caput eſt graue, & dolor eius occiput præſertim ſi vterus compatiatur ſæpenumero occupat; Ventriculus cibos præſertim carnes faſtidit, pulſus eſt celer & frequens, ſomnus profundus atque grauis, animi mores & ſenſus ſunt tardi, ſegnes & triſtes, certiſſimum tamen ſignum deB ſumitur ex menſtruorum ſuppreſſione.

Si iecur ſit obſtructum dignoſcitur ex colore flau. ſubalbido mixto: dolore ſub mammilla & in dextro hypochondrio humeros clauiculamque pertingente: ex bilioſo vomitu & difficili reſpiratione, maximè ſi in ſiniſtrum latus decumbat.

C Lienis obſtructio detegitur ex oblongo tumore ſiniſtri lateris, dolore eiuſdem partis ad ſiniſtrum humerum vergente, difficultate reſpirationis, colore ſubnigro aut plumbeo, fœtido anhelitu, & aluo aſtricta.

Ventriculum malè diſpoſitum arguit grauitas ventriculi, dolor rodens circa præcor-

præcordia, nauſea, inappetentia cibi, ru- A
ctus acidi vel nidoroſi, & ſimilia ventriculo propria accidentia.

Si vterus ſimul afficiatur, peculiaria vteri ſymptomata, vt ſuffocatio vteri, ſpirãdi difficultas, animi defectio, id demonſtrant.

Hic affectus diligentia non mediocri tractari debet, ne aut in malum corporis habitum, vel melancholiam epilepſiam- B
vè fœmina dilabatur, aut in ſterilitatem irreparabilem, vtero reſiccato ſanguine ad ipſum non confluente præ obſtructione. Vniuerſalis huius affectus eradicatio difficilis eſt, quia obſtructiones firmæ ſunt, non tantum in iis venis quæ propè vterum ſunt, ſed & in venis meſaraicis, & quia varia ſymptomata cõcurrunt & implicantur, propter quæ non vna curandi C
ratio requiritur.

Quò autem in eius extirpatione quãtum fieri poteſt, & poſſibile eſt, expediatur, curatio ſequẽti modo inſtituatur. Primò cum venæ ſanguine turgent deplendus is eſt ſecta interna cubiti vena, quia ſanguis potiſſimum redundat in vniuerſo

corpore

A corpore & partibus iecori proximis; poſtea ſi natura perferat vena tali ſecari poteſt, quò corpus à ſuppreſſi ſanguinis ſarcina liberatum ſit, & ſanguinis reliqua pars eo liberius ad vterum tranſmeare poſſit. Vel ſi recuſent venę ſectionem repetere, malleolis cruribus coxiſque cucurbitulæ cũ ſcarificationibus apponantur. Conuenit quoque vt ligaturis & frictionibus in par-B tibus inferioribus factis ſanguis commoueatur. Cùm verò obſtructiones inueteratæ ſunt purgatione potiùs adimendæ ſunt, hoc tamen attento, ne nimis fortia purgantia adhibeantur ſed leuiora, eaque ſæpius per vices repetantur: additis plerunque illis quæ craſſos humores attenuant inciduntque.

Primo ingreſſu poteſt hoc mire & non C inſuaue purgans exhiberi, quod ℞ rhabarb. el. ʒ j ß. infund. per noctem in loco calido, in aq. fœnic. gentian. ana. ℥ j. manè facta leni expreſſione coletur, colaturæ immiſc. ſyr. roſar. ſolut. ʒ vj. vini Rhenan. ℥ j. elect. de ſucc. roſar. ʒ ij. miſceantur, fiatque hauſtus purgans.

Vel ℞ rhabarb. el. ʒ ij. fol. ſen. ʒ ij ß. zingiber.

giber.galang.ana ℥ß.ſemin.carui cymin. A
ana ℥ ij. Inciſa contuſaque macerētur per 18.horas in aq. fœnic. puleg.cētaur.min. ana q.ſ.poſtea colentur, colaturę addantur el. diacartham. diaphæn. an. ℥ ij. fiat hauſtus purgans.

Imbecillioribus & illis quæ reliqua medicamenta faſtidiunt ſequēs vinum purgans concinnetur:

℞ Rhabarb.el. mechoac. alb. an ℥ ß. B
Turpeth.gum ʒij.fol.ſen. ℥ j. rad.galang. ʒij ſem.fœnic.cymin. an. ʒiij.cōquaſſentur infundanturque in ℔ iijß. vini optimi Rhenani.

Facta purgatione exhibeatur ad aliquot dies aq.ſequens ad obſtructiones efficaciſſima:

℞ Limaturæ chalybis ℥ v. ſcoriarum ferr.puriſſ. ℥ iij. rad. aperiētium minutim inciſarum,eryng.ononid. angelic.pomeran.filicis rubiæ maioris ana ℥ ij ß. cortic. C
tamar.cappar.an. ℥ij.rad.raphan.℥iij.fol. ceterach.capill. veneris rutæ murariæ cochlear.ana M iij. ſummitat. praſſ. alb.abſynth.pont.naſturt.aquat.an. Mij.agrim. anagallid.aquar.fumar.an. Mjß. vini alb. ℔ vij.

Vel in forma pulueris: ℞ turpeth. gum. A
℈ij. tartar. alb. ℈j. diadacryd. gr. 9. vel 10. miſceantur fiatque puluis, detur cum vino vel iure aliquo.

Si ventriculus ſimul refertus ſit multis prauis humoribus, aq. meæ vomitor. ℥iij. commodè propinantur. Item liquoris mei vegetabili aurei coloris ℥ij. egregiè ventriculum euacuant.

Reliqua purgantia petantur ex capite B
de menſtrua purgatione.

His ſubiungantur deobſtruentia, inter quę ſummopere conducit aqua quæ ex cotibus defluit cum acuuntur enſes, præſertim ſi in ea efferueſcant ſimplicia lienē & hepar reſpicientia, & deinde melle decoctum dulcoretur.

Magnum beneficium in obſtructionibus præſtat chalybs præparatus; ſed in vſu eius expendiſſe oportet, non eſſe temerè C
& protinus à principio eius vſum aggrediendum, item & hoc obſeruandū, quod illæ quibus meſeræon & venæ ventriculo proximæ obſtructæ ſunt diebus aliquot ante chalybis ſumtionem vomere, vel diebus intermediis, aut vomitorium ali-

A quod primis diebus admiſcere debeant. Quæ iecur obſtructum habent, ſubtilius chalybem cõminuant & præparent ſemperque admiſceant aliquid, quod à iecore per ventrem purgare natum ſit, cauentes ne vlla ratione vomitum moueamus, nam morbus cum grauiſſimis accidentibus excruciabit conficietque ægram. Si verò lien obſtructus ſit, præmiſſa præpa-
B ratione, non ita minutiſſimè chalybs teri cogitur, ſed ſaltem admixtis iis quę ſuccũ melancholicum expurgant: craſſum enim chalybem melancholici humores deſiderant, vt ſimul pondere & abſterſione humoris duritiẽ ſuperare poſſit. Quod etiam Aetius inſinuaſſe videtur cum craſſiorem chalybem ruſticis corporibus adhibere iubeat.

Pro liene à Mercato commendatur
C hoc: ℞ limaturæ chalyb. acet. præpar. ℔ j. aceto acerrimo adhuc abluatur, & inſpergito ſuper pannum, & adde puluer. caryophyll. ʒ ß. tranſacto die & nocte vaſe vitreo excipiantur cum ℥xij. vini alb. & ʒß. pulu. ſcolopendr. validè p[illegible]lam concuſſam ſoli exponito feruenti, aut in ęſtuario per

per decẽ dies manere ſinito ſingulis die- A
bus agitando, donec limatura cum vino
liquetur, nec quicquam reſideat, cuius
porrigantur ℥ij. vel ℥ij ß.

Vel conficiatur hæc aqua quæ recipit
limaturæ chalyb. ℥ iv. quam limaturam
ferreo aliquo inſtrumento excipe, & ignē
candeſcere permitte, moxque proiice in
libr. 2. aq. lupul. gramin. rubiæ borrag.
Poſtea coletur & iterum igniatur prædi-
cta chalybis limatura, & ſic ſepties fac, id B
que reiterato ter quaterve, donec chaly-
bis libram vnam conſumſeris, & facta co-
latura add. ſyr. violar. vel borrag. Vtatur
per vices ſubſequente exercitio corpo-
ris.

Præſtat ſpiritus victrioli in conſeru. a-
cetoſell. flor. borrag violar. ſumtus.

Item ſpiritus tartari cum ſuo ſale ſpiri-
tualiter ſimul prolecto fortificatus: cuius C
vires in reſerandis obſtructionibus ſunt
mirabiles.

Vel aq. compoſita ex victriolo & tarta-
ro cuius meminit Penotus in tractat. de
med. chymicis.

Detur quoque pulu. ſeq. tantum, quã-

A tum mucrone cultri arripi poteſt: ℞ chalyb. præpar. partem vnam cinam. optim. part. 2. ſacchari albi partes quatuor, fiat puluis.

Delicatiſſimis fœminis ad aperiendas obſtructiones lapidem bezoar Mercatus exhibet, ſcribit enim ſe multis modis hunc in illis affectibus compertum habere.

B Radix ſcorzoneræ inſignes vires etiam ad reſerandas obſtructiones obtinet.

Et ſic de his ſatis: reliqua repetantur ex capite de menſium defectu.

Cap. II.

De Sterilitate.

A Morbo virgineo progrediendum eſt ad illos affectus quos viuentes in coniugio tantum patiuntur. Atque hi diſcri-
C minantur vel ratione conceptus, vel ratione partus. De conceptu primò agendum, cum Theodoro Priſciano annotante, inter myſteria quæ Medici circa mulieres faciunt, omnium maximè neceſſarium & glorioſum ſit, illud ſtudium, quod impenditur circa conceptum.

Conce-

Conceptus vel eſt impeditus, vel vitioſus. Impeditus conceptus dicitur Sterilitas, vitioſus Mola. A

Sterilitatis nomen quod attinet, non hic in tam ſtricta ſignificatione ſumitur, vt tantum omnimodam concipiendi abolitionem & defectum eius perpetuum denotet, ſed in ampla & lata, vt ſub ſe cõprehendat omnem concipiendi impotẽtiam, qua mulier ea ætate, qua ad concipiendum habilis eſſe debet, virique conſuetudine vtens, non concipit, nec generat. B Græci ἀγονίαν, ἀτεκνίαν, στέρωσιν ἀφορίαν, vocitant.

Eſt autem talis ſterilitas impotentia quædam, qua vterus vel ſemen viri non allicit vel allectum non continet, ſed illud rurſum elabi, vel ſi maneat corrumpi ſinit, proueniens ex defectu vel qualitate inconuenienti amborum ſeminum, vel C ſanguinis aditu denegato in vterum, vel admiſtione prauorum humorum, vel vteri cæterarumq; partium principalium vitio.

Semen virile quod vterus non excipiat neque contineat & in ſuos locellos re-

 condat,

A condat, ſit vel ratione ſeminis vel membrorum generationis cauſa.

Seminis occaſione accidit, ſi illud non ſit ſatis coctum & elaboratum, ſed crudum, tenue, aquoſum, frigidum, ſpiritu non perfuſum, vel impurum, aut labe aliqua aut vitio affectum.

Tale prouenit à ſubſequentibus cauſis. Primò ab ætate. Impuberes & ſenio con-
B fecti plerunque ſunt infœcundi (licet ſeptuagenarios, octuagenarios, nonagenariosque non paucos generaſſe ſit compertum, ſunt tamen caſus particulares.) Deinde ab euacuatione aliqua immodica, ſiue ſit ſanguinis, ſiue alterius alicuius euacuationis, ſiue etiam ſeminis per gonorrhæam aut exercitium venereum. Qui enim nimium veneri indulgent, paucum vna vice & quidem crudum inualidum-
C que profundunt ſemen, atque ideo procreare nequeunt. Vnde & euenit, quod ſenes aliqui matrimonium cum iuuenculis contrahentes, cum minùs quàm iuuenes feruidi, parciùs venere vtantur, liberos adhuc etiam extrema ſenecta procreant, ſicuti Platerus refert de parente ſuo

octua-

octuagenario maiore, & Schenckius in A
obſeruationibus ſuis, multis exemplis cō-
probat.

Præterea cum viri Baccho largiter indulgent, ita vt ſingulis ferè diebus ebrii ſint, ſemen nimium diluitur & cōceptioni ineptum redditur. A morbo quoque nonnunquam contingit, quo minus ſemen prolificum ſit. Cum enim morbo aliquo aut acuto, aut diuturno confecti B
ſunt, aut adhuc conficiuntur, calore natiuo debilitato, ſpiritibusque multum diſſipatis, accedente nonnunquam prauorum humorum multitudine, procreare nequeunt. Quod quoque intelligendum de iis qui principem aliquam partem læſam habent, puta cerebrum, cor, ventriculum, hepar, lienem, pulmonem, vel quibus, vt Hippocr. in libr. de aëre loc. & aq. C
ſcribit, venæ iuxta aures perſectæ, illi quāuis nonnunquam congrediantur cū mulieribus, ſemenq; eiaculentur, non tamē, cum vis formatrix illud ſemen apponere nequeat, mulieres inde prolem progenerare poſſunt. His vltimò adiungi poſſunt quæ ſemen minuunt, vel refrigerant,

A vel aliter id prolifica vi exuunt. Qualia multa paſſim apud Medicos occurrunt. De caphura referunt, ſiue intro ſumatur, ſiue extrinſecus admoueatur, ſemen refrigerando vel aliter lædendo, illud ſterile facere, volunt quoque, ſi teſtes vel lumbi hyoſcyamo, ſemper viuo, aliiſque frigidis multum emplaſtrentur, ſemen eneruari. Dioſcorides de rubigine ferri confirmat, eam, ſi intrinſecus ſumatur, con-
B ceptum præpedire. Periclymenum etiã deſiccat ſemen, & ſi liberalius bibatur, ſterile id efficit. Huius cenſns quoque eſt rutæ nimius vſus. Clemens Alexandrinus fabas quoque conceptui obeſſe aſſerit. Coitum quoque cum puella nimis puſilla, proprietate quadam ſemen corrumpere, quidam ſcribunt.

Membrorum generationis vitia quæ ſterilitatem accerſunt: In viris numeran-
C tur: pudendi paralyſis, & atonia: vaſorum ſpermaticorum obſtructio, coarctatio, & contuſio, item cum calculus exectus eſt: ſicuti & penis apertura non in recto loco poſita: teſtium pudendique exilitas, & quæuis mala conformatio: item nimia pinguedo

pinguedo & moles abdominis, quæ con- A
greſſum venereum impedit.

In mulieribus ſunt vitia vteri, rarius quidem ceruicis, quæ tantum per accidens, quatenus ob anguſtiam vel omnimodam coalitionem congreſſum impedit, ſterilitatem adfert, (mulieres quæ hoc malo tenentur atratæ ſiue velatæ vocantur) ſępiùs verò eius fundi. Atque in hoc, vel vitium eſt in interiori eius orificio, vel in ſubſtantia. B

Interioris orificii vitium eſt nimia amplitudo, laxatio & occluſio. Amplitudo impedit, vt ſemen retineri nõ poſſit, prouenit à partu nimis violento, vnde fit aliquando, vt quædam mulieres poſt partũ difficilem non amplius concipiant. Laxatio non admittit vt ſemen vteri tunicis adhærere poſſit, vel ſi fortè adhæreat facilè tamen mulieres abortiunt.

Fit vel ab humidioribus multis excre- C mentis, vel in vtero genitis, aut in ceruicẽ illius in fluxu alborum menſium continuò effuſis, retentiſque aliquandiu, ſedemque hanc alluendo madefacientibus. Hinc fit vt quæ huic profluuio mulie-

A bri ſunt obnoxiæ, rariſſimè ad concipiendum ſint idoneę: vel ab adhibitis pluries clyſteribus emollientibus ob vicinitatem ab inteſtinis viribus medicamentorum vtero communicatis, vel admotis vtero emollientibus medicaminibus. Hic obiter notandum, quod in humilima fundi vteri regione portio inſignis exporrigatur, quaſi penis glandem referens, quæ B obtuſo ſuo mucrone ceruicis latera nuſquam attingat, quæ pollicari latitudine longa tenuis & anguſta ſit, vt vix ſtylum aut ad ſummum paruum calamum ſcriptorium admittat. Hæc ſi naturali modo ſe habet aſpera eſt, ne ſemen attractum facilè effluat. Quod ſi verò talis non ſit ſed ob vitioſos humores lubrica facta, ſterilitas quoque inde oboritur. Porrò ſemen vterus auidè etiam non allicit, ſi vteri ori- C ficium interius nimio coitu laxatum ſit (hinc meretrices raró concipiunt, cum eam partem attritam habeant.) Occluſio cum ſemini viam ad vteri fundum præcludat, conceptum quoque inhibet, prouenit ab ortu, à membrana quę ori matricis interno obducta eſt, vel ſi vterus decidat

cidat à proprio loco ad alium locum: ſi- A
militer ſi tumeat vterus, de qua re loquẽs Auicenna ſcribit, aliquas mulieres eſſe quibus ob quandam propriam conditionem, vterus facilè tumet, propter quod etiam os ſtrictiſſimè clauditur ob conſtri-cturam fit ineptus vterus ad concipiendũ. Sic tumores omnes vteri vt ſcirrhus, œdema, mola in vtero concepta, vel alia caro in vtero pronata, quemadmodum & B
flatus in vtero collecti aliique tumores, ſunt cauſæ impedientes conceptum, præſertim tumor ex hydrope. Vlcera ſimiliter, plagæ item vtero illatæ, ſterilitatẽ efficiunt. Sed ſummatim Hippocrates ſecundo prorheticorum ſcribit: vterus qui conceptui aptus futurus eſt, has habet cõditiones, vt neque retractus ſit, neq; pronus, neque os etiam auerſum eſſe debere, neque contuſum, neque euerſum. C

Subſtantię vteri vitium eſt, cum corpus ſeu ſubſtantia vteri nimis compacta & dura eſt, vt ob duritiem in ſinus vteri ſemen recondi nequeat, vel cum nimis læuis euaſit, vt laterib. vteri adhærere haud poſſit. His vltimo adiungi poteſt ſi attractiua matricis virtus ſit debilior.

Corrum-

A Corrumpitur ſemen in vtero, ſi ſemen ſit adhuc crudum & nondum ſatis elaboratum, item expers ſpirituum & ſaluberrimi caloris, vel alioquin vitia in ſe contineat quæ illius generatricem vim tollũt, & cum non tanta ſit eius quantitas, vt vteri cauitatem, quæ proin exigua facta fuit, in conceptu adimpleat. Vel cum vterus nimis refrigeratus à menſtruis nimis B copioſè profluentibus, abortu, frequenti partu, vel lotione in aqua frigida, vel aliter internam vim in ſemine conſopitam calore ſuo ingenito fouere & producere nequeat, tum ſemen illo fruſtratum corruptionem ſubiens in excrementa degenerat. Vel cum vterus ſit nimis humidus (vterus naturæ aruum, ad modũ ſoli pin-C guis ſe habet, ſi bene cultum ſtercoratum optimeque temperatum ſit, bonum germen inde pronaſcitur, ſi verò in aliquo horum defectus ſit, id marceſcit & quaſi intermoritur) ſemen vt paluſtri loco cerealia, ſuffocatur. Corrumpitur quoque ſemen, ſi vterus nimium feruidus & æſtuans ſemen comburendo id humiditatis ſuæ, quæ ad procreationẽ neceſſaria erat,

expo-

expoliat idque probatur, terra prope for- A
naces & apud thermas reperta, in qua ob
inſignem calorem nihil producitur. Mu-
lieris ſeminis cauſa (quod ad fœtus gene-
rationem cum virili commiſceri neceſſe
eſſe, ſexus in fœtu fœmineo, & ſimilitudo
matris in maſcula & fœminea prole appa-
rens; ſatis declaret) quoque ſi illud defici-
at penitus, vel minori quàm opus erat
quantitate conferatur, idem ſine dubio B
contingit, & frequentius fortè quàm in
viris. cum mulier etſi ſemine deſtituatur
penitus, congreſſum tamen ferre poſſit,
vir autem eo priuatus, ad illum exercen-
dum ineptus ſit. Quæ & cauſa, quod me-
retrices, quæ quæſtus gratia illud adeò
profundunt, vt exſuctæ penitus fiant, tam
multis & variis ſe commiſcentes, illorum
ſemen licet excipiant, tamen non conci-
piant. Quod & ſi illud non ſatis elabora- C
tum, ſed crudum, tenue, aquoſum, frigi-
dum, impurum, vel aliter vitiatum ſit, e-
uenire contingit. Semen vtriuſque ſexus
etiam interdum nullum habet qualitatis
aut quantitatis vitium, ſed quia ſe diuerſa
temperie alterius corporis conſtitutio al-

teri

A teri non accommodet, quò ex combinatione ſeminum diuerſæ temperaturæ vna temperies reſultare poſſit. Semen quoq;, cum inter ſimilia nulla ſit paſſio, ad maturitatem non peruenit (exemplo ſeminis, quod non ex quauis terra naſcitur, ſed determinatam ſtatutamque terræ conditionem requirit.) Hinc videmus ſæpe cõiuges coniunctos non generare, diſiun-
B ctos autem generare vtroſque. Corrumpitur quoque ſemen, ſi ſanguis menſtruus pro ſeminum nutricatu nõ largiter ſatis ſubminiſtratur, cum enim ſemen illi adnaſci incipit, mox ſanguis, ex quo & incrementum ſumat, fœtusque alatur, præſtò eſſe debuerit. Si verò is omnino nullibi ad vterum feratur; vel aliàs ſuppreſſis menſtruis impeditus ſit; vel licet per ceruicem illius menſtruatim euacuetur, ta-
C men ad fundum vteri peruenire nequeat, ob vteri ſoliditatem, vel venarum vterum implicãtium anguſtiam, aut obſtructiones accidit, vt viragines, vel quæ mẽſtruorum ſuppreſſione laborarunt, non concipiant. Quod & illis euenire poteſt, quæ à matrimonio & conſortio viri diu
abſti-

abſtinentes, vel aliis de cauſis, quia diu A
non conceperunt, atque vterum hoc otio
& deſuetudine, vt nunquam ſanguine ad-
modum perfuſus fuerit, aut intumuerit,
habiliſque ad conceptionem factus ſit,
exanguem veluti reliquerunt, ſanguinę
ad ceruicis illius venas potius defluente &
per menſtruas euacuationes expurgari
ſolito; ex conſuetudine hac longa ſangui-
ne eò potiùs quam ad vterum defluente, B
fit vt poſtea etſi cum viro miſceantur iam
ætate prouectiores, non tam facilè, vti quę
mox in iuuentute venerem exercēt, im-
prægnentur. Si idem ſanguis immodera-
tius fluit, ſemen ſuffocando vel deturbā-
do illud exſtinguit deperditque. Prætere-
ęa quoque ſemen exanimatur, ſi vterus ſit
refertus multis prauis pernicioſiſque hu-
moribus, quorum copia vel qualitate ini-
mica ſemen quaſi ſtrangulatum vel alio C
modo læſum, minuſque prolificum fit.
Vix dum etiam ſemen maturitatem con-
ſequitur in corpulentis & pinguibus ob
duplicem cauſam (quidam plures adiici-
unt) videlicet quod ſanguis non ſufficiēs
(maxima enim ſanguinis pars in pingue-
dinem

A dinem abit)ad vterum fluat, quantum ad ſeminis perfectionem requiritur. Deinde quoque mulieres obeſæ parum ſeminis habent (quòd ceu alterum ad conceptionem neceſſarium requiſitum habetur) cũ adipis & ſeminis eadem ſit materia, quod comprobatur hoc argumento: Videmus pingues veneri non ita indulgere vt macilentas. Deinde etiam caſtrata animalia
B magis pingueſcere, propterea quod ſemẽ non excernant, quàm non caſtrata. Hic autem notandum erit, cũ notum ſit multas pingues mulieres ſatis fœcundas eſſe, quod non quælibet craſſities hic intelligenda veniat, ſed illa tantum quæ præter naturam ſit, vel quæ macilentiam ſequatur. Reliqua verò obeſitas quæ ex naturali conſtitutione emergit, non impedit cõceptionem, ſed magis ipſam promouet.
C Cum ætas inconueniens etiam ſæpenumero conceptum irritum faciat, apta ætas hic etiam determinanda eſt: Plato vult virum non coniugio committendum ante 30. annum, & fœminam ante 18. annũ. Alii fœminæ decimum quartum annum viro 18. adſcribunt: Communiter verò ea

ætas

ætas in fœminis accommodata ſtatuitur, A cum illis vbera in tumorem attolli ſeu ſororiare & menſes prorumpere incipiunt. Ab hac ætate vſque ad illud tempus quo menſtruatim purgantur, poſſunt cenſeri fœminæ fœcundæ, licet Hippocr. lib. 2. pop. part. 2. text. 18 de coriarii vxore fateatur, quod illa cum eſſet menſtruis orbata, & admodum vetula facta, filium cõceperit, non ſine magna multorum ad- B miratione. Et Valeſcus à Taranta vidiſſe ſe puerperam mulierem quæ ſexageſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno peperiſſet (cum alios anno ſexageſimo & ſexageſimo primo enixa eſſet) lib 6. cap. 12. ſui operis quod Philonium inſcribit, teſtetur.

Non omittendum hic, quod etiam nõnullæ mulieres conceperint & pepererint, quibus nunquam menſes fluxerunt. Teſtantur hoc Scoliographus Hollerii, C Guainerius, Braſſauolus, Rondeletius, Petrus Toletus, Trincauella, Ioan. Culmannus VVirtemb. Medicus, Ioubertus, Marcellus Donatus, Bertinus, Hercules Saxonia & alii nonnulli. Sed his mulieribus tantum humoris vel ſanguinis ſaltem

M colligitur,

A colligitur, quantum his quæ purgantur reſtare ſolet, quanquam non tanta copia vt & foras poſſint profluere.

Cum præter ætatem, tempus coeundi legitimum ad proſpetam conceptionem requiratur, id etiam hîc non prętereundũ eſt. Cum menſtrua purgatio ceſſauit & excrementitiis ſordibus vterus vacat & adhuc dehiſcens virile ſemen facilè excipit

B exceptumque in cotyledonum adhuc hiantium rugis facilè retinet, & in ſuos locellos illud recondit. Quando autem inſtanti menſtrua purgatione cum marito coit fœmina, ſemen conceptum ſuperuenienti menſtrua purgatione rurſus facilè eluitur, niſi menſtruus ſanguis per initium admodum parce ſtillet vt ſemen non ſuffocet, ſed magis velut ros nutriat. Nonnullas etiam dum profluunt menſes concipere, poſtea autem concipere haud

C poſſe, propterea quod vulua ſtatim à purgatione illis comprimatur, Rufo lib. 16. c. 54 docet.

Occulta qualitate, maleficia & incantationes, quibus ſacrilegi quidam hiſtriones, homines magicis incantationibus ligant, conceptum quoque impediunt.

Pro coronide ſterilitas quoque à Deo A
Trino Opt. Max. pœnæ loco mulieribus imponitur, quæ ad nullam cauſam manifeſtam referri, ſed peccatis noſtris tantũ adſcribi poteſt, vt hinc inde in ſacro codice videre eſt. Hæc ſterilitas cum altioris ſit indaginis & immediate à Deo procedat, eam hic ob naturæ noſtræ fragilitatẽ inueſtigare nequimus.

Cùm melioris intellectus gratia ſupe B
rius inſertæ ſint cauſę, ob quas virile ſemẽ ad procreandam ſobolem ineptum eſt, non quoque alienum erit, ſigna ſterilitatis virilis ſimul aſſuere.

Vir ille ſterilis iudicatur qui timidus exiſtit, actusq; muliebres plurimos habet, quique barba carentes frigidi natura ſunt, præterea ſi ſemen frigidum habeant tardiuſque id excernant, cum nulla vel mi- C
nima voluptate, nullaque coitus appetẽtia, quibus quoque colis vix erigitur; item cum cauſæ progreſſæ ſint, quæ ſemen improlificum faciant.

At verò num mulier ſterilis dicenda, per ſigna ſequentia & probationes planũ fiet. Signa ſumuntur partim à cauſarum

A ſpeciebus & lęſo vtero, partim à principaliorum viſcerum vitio.

Calida intemperies cognoſcitur ex cauſis prægreſſis, & conſtitutione naturali viraginum, pilis & ſuperciliis nigris, facie rubicunda, plena, voce craſſa, animoſitate, ſiti inexpleta & vrina flaua, menſtrua ſupprimuntur aut ſaturato calore colorata vel flaua parcè cumque dolore ac calore prodeunt, ita vt ſæpè pudenda mulieris exulcerent, fœminis genitalia pruriunt, B venereque nimis titillantur, ac celeriter in coitu ſemen profundunt, pollutiones ac libidinoſa ſomnia noctu à ſenſu ardoris perſentiſcunt, & muliebria illis ſicca ſunt.

Si frigida intemperies ſterilitati occaſionem præbet, fœminæ coitum minus C appetunt, minorique in eo voluptate afficiuntur, facies illis mollis, albicans & obſcura eſt, color ſuperciliorum albus, ſtupidum ſenſum circa pectinem lumbos ac crura percipiunt, aliquæ etiam crurũ impotentes ſunt, tenue ac crudum ſemen excernunt, quod aliquando etiam citra voluptatem effluit, menſes ſupprimuntur

aut

aut parcè ac inordinate procedunt,ſuntq; A
pallidi ac decolores, mulieres pronæ ſunt in fluorem album.

Humidiorem vterum eſſe dignoſcitur primò ex præcedenti victu aquoſo, vita ſedentaria,& laxo fœminæ habitu,vterus quoque multis ac liquidis recrementis continenter manat, qui ob id ſemen non continet,ſed nox à coitu dilabi ſinit, mẽſes ſunt largiores,aquoſi ac tenues, venus B
ſopita eſt, neque ea maximè delectantur: vterus ſemen non concipit,aut illicò illud euomit, vel ſaltem ſi concipiat in incremento fœtus abortum patitur, fœminæ plerunque lumborum pubisque grauitatem percipiunt,& oculos lachrymoſos habent.

Siccior vteri intemperies elucet ex menſium parciore copia, vteri oris ſiccitate & labiorum eius ſciſſuris, rhagadibus pruritu, coitum appetunt fœminę,ſed C
in actu venereo nihil vel exiguum ſeminis excernunt,& ſi coitus ſit nimis frequẽs eum grauiter ferunt, facilè iraſcuntur,& corpore tenues ſunt.

Humores qui exuperant diſcernuntur

A illis ſignis, quæ quis humor in toto corpore redundet, indicant.

Morbi organici partim ex relatu ægrarum & obſtetricis, partim ex oculari inſpectione cognoſcuntur.

Num aliqua pars ex principalioribus læſa ſit, ex partis actione læſa, & doloris proprietate ac eius ſitu itemq; ex excrementis colligitur.

Probatur ſterilitas vel per os ſumptis B vel extrinſecus admotis.

Amatus Luſitanus ſequens vt probatiſſimum commẽdat: capit coaguli leporis ℥ j. quam aqua calida diſſolutam, mulieri in aqua calida exiſtenti ieiuno ventriculo propinat; Si mulier tunc ventris dolores ſentit, fœcundam: ſin minus, ſterilem illam pronunciat.

Alderetus vir in praxi exercitatiſſimus C hoc experimento vſus eſt: ℞ Melanth. ℥ jß. mellis q. ſ. fiant tria peſſaria, quorum vnum vtero ſubdatur, & ſi ſuperuenerit febris, fœcunda eſt: ſin minus, alterum ac tertium ſupponatur, nullo tunc ſuperueniente ſymptomate, infœcunda iudicetur.

Veteres

Veteres ſibi perſuaſerunt: ſi mulier A
pannis vndequaque obuoluta ſubter ſuf-
fiatur,& ſi tunc odor per corporis meatus
internos ad nares & os permeet,tunc mu-
lierem non eſſe ex ſe ipſa ſterilem.

Hippocrates butyrum lacq; mulieris
puerum lactantis, mulieri bibendum dat,
& ſi ſtatim eructauerit, fœcundam;ſi mi-
nus,ſterilem illam cenſet.

Idem fœminam fœcundam noſci pu- B
tat, ſi caput allij deraſum & purgatum in
vterum ſubdatur, ſi tunc poſtridie odor
ad os peruenerit, eam ad conceptionem
aptam,ſin minus ineptam eſſe.

Vel galbanum igni emollitum, ſerico-
que incluſum muliebris vteri orificio no-
cte indito,caputque lotum linteolo odo-
rato obligato,manè ſi vertex mulieris gal- C
banum redolet, mulier probè purgata &
fœcunda erit.

Idem experieris, ſi parum balſami aqua
admixtum bombace exceptum, in vterũ
immiſeris,femorique alligaueris, quod ſi
tunc vterus traxerit,fœcunditatis eſt pro-
batiſſimum ſignum.

Multi quoque ex vrina ſterilitatem

A colligere volentes eius vrinam, de cuius ſterilitate aut fœcũditate inquiſituri ſunt, hordeo affundunt. Hoc intra decimum diem ſi germinet, pro fœcunditatis nota: Si non germinet, pro ſterilitatis certo argumento agnoſcunt. Alii autem ſiliquis vel furfuri vrinam affundentes, ſterilitatis notam ex eo obſeruant, ſi vermes in eo generari videant.

B Cum prognoſtica ſigna plerunque nobis, num ſterilitas curationem ſuſcipere queat, indicent, ea hic quoque haud pręteriri debent.

Hippocrates lib. 2. prædict. ſcribit paruas mulieres ad conceptionem præſtantiores eſſe maioribus, tenues craſſis, albas rubicundis, nigras liuidis, & quę mammas tumidas habeant.

Notandum porrò: mulieres fœcundas C & liberis generandis idoneas, citiùs quidem præ ſterilibus habitu corporis ſeneſcere, macreſcere & debiliores fieri, ſenectam tamen multò ſaniorem iis, quæ nunquam generarunt, nanciſci.

Præterea quæ alba vteri purgamenta multum habent, plerunque non concipiunt.

Verum

Vernum tempus conceptui eſt aptiſſimum, dicente Hippocr. libr. de ſuperfœtat. A

Quæ duos aut tres menſes à venere abſtinent facilius concipiunt, quemadmodum & viri aliquandiu ſe continẽtes, aptiores ſunt ad generationem.

Cum fœmina peperit, quo reliquæ mulieres ſcire poſſint num breui rurſus conceptura ſit, nati venam vmbilicalem inſpiciunt, exiſtimantes ſi rugarum vna ab alia non multum diſtet, breui temporis intercapedine fœminam rurſus vtero geſturam, ſi verò longiùs vna ab altera remota ſit, contrarium euenturum. Ex rugarum ſeu nodorum numero etiam colligunt, quot fœtus ſubſequuturi ſint, & ſi nigræ aut rubræ eę ſint, maſculos, ſi verò albæ, fœminas pronunciant. B

Conceptionem quoque Medici quidam ex vrina mulieris dignoſcere volunt, aſſerentes fœminam concepiſſe, ſi vrina eius ſubalbida, clara, nubiloſo rore ſupernatante, ac ſtellati lapidis colorem præ ſe ferente atomisque in ea ipſa aſcendentibus deſcendentibusque fuerit, ac ima ſui C

A parte candicantia corpuſcula ad farinæ craſſioris ſpeciem ſubſideant, quæ commota carminati xili cotonivè effigiem referant. Si procedente adhuc tempore flaua, dein rubra puniceavè poſtremò atra (nubecula parte ſuperna rubore ſuffuſo) euadat. Si quocunque tempore ſubſidētia tenuis diſiecta carminato goſſypio perquam ſimilis in ea ipſa congeratur.

B Platerus autem aliique Medici vrinarum indicium tanquam incertum penitusque fallax in hoc caſu reiiciunt. Notas autem conceptus firmiores ſequentes ſtatuunt. Si à congreſſu ceſſant purgationes menſtruales, nec ſtato tempore redeunt, ſuperueniuntque faſtidia, vomitus, animi deliquia, deprauati appetitus vt pica. Si color faciei eſt albidior & grauitas corpus occupat. Curatio dirigenda erit vel ad viros, vel ad fœminas, quamuis de virili

C ſterilitate hic non ex profeſſo tractetur: clarioris tamen doctrinę ergo, eius ſimul meminiſſe oportet. Si ob ſeminis penuriam, quod in viris citius contingit, ſterilitas fiat, tunc rariùs coeant, illisque quæ ſemen augere poſſunt, vtantur.

Ex alimentoſis quæ bene nutriunt, qualia

qualia ſunt cerebra, teſtes ſalaciorum prę- A
ſertim animalium, vt gallorum, coturnicum, paſſerum, caro cancrorum, oſtreorum, item oua, lac omne. Ex fructibus auellanæ, pinęæ, piſtacia, amygdalæ, caſtaneæ, dactyli, vuæ paſſæ, ficus. Oryza decocta in lacte cum croco & cinamomo, phaſeoli in lacte bubulo cocti ac pipere longo, galanga ſaccharoque aſperſi, item cicer album cinaræ. Ex radicibus paſtinaca ſylueſtris, rapum, napus, radices ſiſeris B
lacte coctæ cum pipere, quemadmodum & cæpa, eruca, & aſparagorũ teneritates in vino decoctæ. Quæ omnia ſola, inuicemvè permixta, variis modis pręparata aſſumpta in cibis id præſtabunt: præſertim ſi pipere, galanga, caryophyllis aliisq; acribus condiantur.

Venerem iuuat non ſegniter pulmentum apud nos vſitatum ex vino, ouorum luteis, ſaccharo, cinamomo & croco para- C
tum.

Copiam ſeminis generabit decoct. pinear. & auellanar. in lacte & pauco melle.

Commendatur cerebellum porcelli & porci

A & porci diligenter coctum cum pauco origano, poſteaque frixum in ſartagine comedatur; multum enim nutrit & ſemen auget.

Vel cerebellum porci coquatur in vino maluatico, in fine addendo pulu. ſeq. & ſalis q. ſ. comedat frequenter in cœna, puluis ſic fit: ℞ nuc. moſchat. ʒj. zingib. piper. ana ʒ ß. maioran. ſicc. ℈j. ſem. eruc. B ſiler. montan. carui ana ʒ ß. fiat puluis.

Vel teſticuli arietis incidantur, vt ſolet fieri cum torrentur, voluantur fruſta in dicto puluere, atque foliis ſaluię & omento pingui deſuper inuoluta, bacilloque affixa, torreantur pro cœna.

Leporis vterus aſſatus & puluere præ- C dicto comeſtus plurimum quoque confert.

Pro potu ſit vinum roſmarini, vel maioranæ, vel ſaluiæ.

Ex medicamentoſis pulueres varii ſunt, qui cum conuenienti liquore exhiberi, aut per ſe ſaccharo addito dari poſſunt.

Puluis ſeq. in pulmento detur: ℞ piper. confract. ſaltem ne fauces vrat ʒ ß. croc. ℈ ß. fiat

℈ß.fiat puluis,interdum parum nuc.moſchat.adiici poteſt. A

Vel ℞ ſem. eruc.ʒij. ſem.fraxin.pum. ſiue linguæ auis lini ana ʒj. ſem. paſtinac. ſatiu. nap. raphan. cæpar. porri ſinapi vrtic.naſturt.ana ʒ ß.piper.ʒj ß. zingib. galang. caryophyll. nuc. moſchat. ana ʒ ß. croc.℈j.raſur.ebor.ʒj.cinam.ʒij.abrotan. ʒij. ſacchari ad pondus omnium,fiat puluis,cuius ʒj ß.vel ʒij.exhibeantur.

B

Efficax eſt ſeq. puluis qui recipit ſem. erucæ ℥ ß.ſem.ſinap.naſturt.rad.pyrethr. zingib.cinamom.ana ʒß.piper.ʒj. borac. ʒjß.ſtinc.præpar.ʒ ß.ſacchar. ℥j. fiat puluis,capiat ʒj ß. cum lacte cubitum iturus. Si adhuc nondum ſatis venerem excitat 4. vel 6. cantharides ablatis alis tenuioribus adiici poſſunt.

Eſſentia ſatyrionis à Crollio deſcripta hic maximè excellit,ſi ea à ℈j. ad ℈ij. & C tres in vino maluatico ſumatur.

Rulandus ſequens conditum felici cũ ſucceſſu probauit: ℞ diaſatyrion. ℥ij. diagalang.ʒij.ſpec.diamb.diamoſch.an.℈ij. rament.pudend.ceruin. arid.ʒ ß.nuc.pinear. piſtacior. amygd. dulc. mund. ana

℥ ß.caru.

A ℥ ß. caru.ſcinc. ʒ ij.ſemin.erucæ, vrtic.naſturt. ana ℈ j. pectuſculi capi cocti ℥ iij. coterenda conterantur & melle optimo fiat conditum. Dentur manè & ante cœnã ʒ iij. ſuperbibendo ſemper vini maluatici hauſtum.

Caueat vir ſibi à nimio vſu aniſi & cymini, ſemen enim valde extenuant.

Prædicta medicamenta fortius operãtur, ſi aliquoties vmbilicus parteſque viB
cinæ inungantur oleo macer.deſtillato.

Vel teſtes, lumborum pubiſque regio illinantur ſequenti oleo compoſito: ℞ ol. nuc.moſchat. per expreſſ. fact. ʒ ij. ol. ſpicæ, caryophyll.ana ℈ ß. Miſceantur.

Vel vnguento ſeq. vtatur: ℞ rad.pyreth.piper. zingib. ſem. ſinap.ana ʒ j.euphorb. ʒ ß. ol.laurin. ℥ ij. ol. de ſpica ℈ j. ceræ parum fiat vnguentum: Inungat reC
gionem inter anum & teſtes, illic enim penis corpora latent.

Si verò ſemen ſit crudum aut vitioſum, ea cura adminiſtretur, quæ cacochymiæ debetur, quæ alibi delineata eſt. Si membri virilis vitio ſemen in vterum rectâ immitti nequeat: ea medela adhibeatur, quæ in coeundi impotentia requiritur.

In

In fœminis verò quæ vel ſemen non A concipiunt, vel conceptum non conſeruant, vel illud ad maturitatem producere nequeunt, ſequenti modo cura inſtitui poterit.

Si vterus adeò induratus, vel orificium illius ex parte læſum laxatumque nimis, aut tumore obturatum ſit, in illis mulieribus, quæ ſanæ alioquin, vel nunquam cõceperunt, vel poſt partum, aut læſionem B vteri inſignem non amplius concipiunt, deſperata ferè eſt curatio. Sicuti & in illis viraginibus, quibus à teneris menſes nunquam fluxerunt. Si autem aliquid ſpei in illis refulgeat, recurrendum ad generalẽ medendi methodum, ibique videndum, quomodo meatuum cauitatumque vitia auferantur. In reliquis verò, quibus propter imbecillitatem, vel humiditatem, aut refrigerationem, aut excrementorũ C vteri copiam cõceptio impedita eſt, quibus & menſes plerunque non decenter fluunt, aut fluor vterinus moleſtus eſt, aut alii morbi comites exiſtunt, iis curandis prius intenti eſſe debemus, & poſtea cura ad conceptionem ſequẽti modo accommodanda.

A modanda. Præmittatur venæ ſectione in plethoricis.

Ante omnia autem purgantia præmittantur, quæ ad humorum prauorum redundantiam pro prudentis Medici iudicio aliter atque aliter inſtitui poterunt. Hoc loco ſufficiat, ne crambe eadem aliquoties recoquatur, vnum vel alterum apponere, ad quorum imitationem pro peritorũ B Medicorum prudentia, ratione earum qualitatum, quibus hæc tribuuntur, reliqua temperari poſſunt.

In forma potionis hoc non improficuum erit:

℞ Diaphæn. elect. Ind. ana ʒ iij ß. aq. artemiſ. ℥ iij. Miſc.

Vel ℞ rhabarb. el. ʒj ß. cinam. ℈j. infund. in vino, in colatura diſſolue elect. de citro C ſolut. ʒij. ſyr. roſar. ſolut. ℥ j. miſceantur pro hauſtu purgante.

Vel in forma pulueris: ℞ roſar. rub. cinamom. zingib. ana ʒj. ſantal. alb. & rubei ana ʒ ß. hermodactyl. eſul. ana ʒj ß. diadacryd. turbith. ana ʒij fol. ſen. ʒ ij ß. maſtich. ℈j. ſacchar. ʒxi. Miſceantur, fiatque puluis, de quo ʒj ß. præberi poteſt.

Vel

Vel in forma tabularum detur diacar- A
tham.ſolid.℥ ß. vel ʒ v. ſi vires ferant.

Cum purgantia leuiora minus vires infringant, idemque quod fortiora continuatis vicibus pręſtent, ſeq. Electuarium in hoc caſu adhiberi poteſt: veluti

℞ Rhabarb. el. ſubtiliſſ. puluer. & aq. cinamom. irrorat. ℥ß. ſpec. diagalang. diacalaminth. ana ʒj. diarhod. abbat. ʒ ß. limatur. chalyb. præpar. ʒj. carn. paſſular. B
per ſetac. tranſmiſſ. ℥iiij. Miſceantur pro electuario. Detur magnitudo nucis caſtaneæ magnæ.

Si pilulas malit. ℞ pilul. cochiar. aggreg. ſine quibus ana ℈j. troch. alhand. gr. 4. ol. fænic. gutt. 4. cum vino albo formētur pilulæ.

Vel ℞ pilular. aggreg. ℈ij. aurear. ℈j. cũ vino maluatico fiant pilulæ.

Sudores in vtero nimium laxato ab C
humoribus prauis, & in attractiua matricis virtute debiliori, ſi frequenter prouocentur cum ab vniuerſo corpore euacuent, valde illis vtile erit. Quo nomine decoctum guajaci, adhibita cibi parſimonia, bibant, quod ſeq. modo præparatum vulgaribus decoctis præualet.

N ℞ Raſur.

A ℞ Raſur.lign.guaiac. ℥vj.ſalu.Mj.paſſular.exacinat. M.j.liquir.raſ. ℥ ß.aq.℔ iij. vini ℔j ß. Conquaſſata inde in cucurbitam, quam munito alembico, in arenã pone & deſtilla aquam, quæ remanentiæ in cucurbita rurſus addenda erit, & dein totum decoctum per manicam vel linteum traiiciendum, vt clarificetur. Pro doſi exhiberi poſſunt tres vel 4. vnciæ.

B Ad eundem modum ex ſarſa parilla ſudorificum concinnari poteſt, obſeruando tantum vt pro ℔ ij. aq. ſarſæ paril. ſumatur ℥j ß.

Vel decoctum chinæ quod hoc modo præparetur: ℞ rad. chinæ per tranſuerſ. inciſar. in aſſulas tenues ℥iij. ſem. aniſ. ʒ vj. lign. aloes minutim conciſ. ℥ ß. affund. aq. fontan. ℔ j. vini ℔ ß. ac per 24. horas in baln. Mar. in diplomate bene cooperto C macerentur, poſtea leniter ebulliant & refrigerata per manicã traiiciantur. Detur ℥iij. vel 4. in lecto, contineat fœmina ſe in lecto, ſudetque per horas 2. aut tres ſi citra cordis paſſiones aut palpitationē ferre poſſit.

Iis quæ ob vteri humiditatem non cõcipiunt

cipiunt, feliciſſimo cum ſucceſſu exhibe- A
tur.

In exitu balnei ʒj. theriac. venet. cum vini hauſtu bibere prodeſt.

Mercatus refert ſe ſyrupum ex decocto ligni guajaci cum floribus ſtœchados & ſemine maſculæ mercurialis per dies 30. maximo iuuamento propinaſſe.

Menſes ſuppreſſi prouocentur medicamentis exhibitis admotisque quemad- B
modum & venæ ſectione iuxta malleolũ facta vt hæc in capite de ſuppreſſione mẽſium explicata ſunt.

Fugiant fœminæ lactentium agnorum carnes, carnem ſuillam, anguillas, quappias, lacticinia, caſeum, fabas. Vſus fructuum, pyrorum, pomorum, caſtanearũ vtilis, ſi non nimis immodicè ingerantur.

Conceptionis autem potiſſimum iu- C
uandæ gratia exhibentur mulieribus ea remedia, quæ venerem excitant, ſemen augent, ſimulque vterum proprietate iuuant & calefaciendo & ſiccando intemperiem corrigunt, humiditatesque, ſi redundent, abſumunt.

A Pulueres ſeqq. id præſtant, inter quos
hic ad conceptum efficax dicitur: ℞ ſal.
ammoniac. ʒ ij. ſaluiæ, cumin. an. ʒ j. fiat
puluis, qui per triduum menſtruis deſi-
nentibus cum vino præbeatur.

Vel hic ℞ teſtic. apr. exiccat. ſcobis e-
bor. ana ℥ j. teſticulor. vulp. ʒ j ß. matricis
& coagul. lepor. ana ℈ ij. ſem. mercur. ℥ ß.
B ſacchari ad pondus omnium, fiat puluis,
capiat ʒ j. cum vino generoſo.

Vel teſticuli verris aut apri exiccentur
& in puluerem redigantur, de quo muli-
er abſoluto menſtruo fluxu bibat. Eſt e-
nim experimentum maximæ virtu-
tis.

Vel hic magis compoſitus: ♃ teſtic.
verris deſiccat. limatur. ebor. ſem. ſeſel.
C matric. lepor. & coagul. eiuſdem ana ℥ ß.
fiat puluis cuius ʒ j. facta menſtrua purga-
tione cum vino g nero ſo vel iure pulli
manè & veſperi ſumat, ſi nauſeet, liquiri-
tia vel ſaccharum adiiciatur.

Vel accipiantur hepar & teſticuli par-
ui porci, quem ſolum ſcropha edidit, &
ſiccentur, fiat inde puluis, qui detur in
potum maſculo vel mulieri non potenti-
bus generare, & concipient.

Item conceptum iuuant ſecundæ are- A
factæ & contritæ, ſi bibuntur, vmbilico quoque pueri eo modo ſumto, fęcunditatem fieri promittunt.

Ammi legitimi ſemen, quod ex Alexandria affertur, mirificè præſtat ad mulierum ſterilitatem, nam compertum eſt, huius tantum ſeminis auxilio plures prolificas effectas. Vſus eius videatur apud Matthiol. in Dioſc.

Sal ſatyrionis imprimis fœminis eſt v- B
tile, vt citò concipiant, ſi eius ℈ß. poſt mẽſtruorum fluxum in vino maluatico, vel alio conuenienti liquore exhibeatur.

Vterum ceruinum ſingulari dote ad conceptionem prædicat Bauerius conſil. 50. quo loco præparandi rationem & electuarii ex eodem compoſitionem compertiſſimam exhibet.

Electuarium quoque non contemnẽ- C
dum ex flore ſtœchados & priapo tauri cum melle fit.

In frigidioribus ſiue humiditas ſit in toto corpore, ſiue in vtero tantum vtendũ ſeq. opiata: ℞ conſeru. eryng. cortic. citr. ana ℥j. conſeru. anthos, zingib. condit. an.

 ℥j ß. ciner.

A ℥j ß. ciner. priap. taur. & ciner. vteri lepor. ana ℥ ß. pulu. diagalang. diamoſch. dulc. vel diambr. ana ʒ ij. pinear. & auellanar. ana ʒ iij. ſacchar. parat. cum ſyrup. conſeru. cortic. citr. fiat opiata, cuius capiat fœmina ad magnitudinem caſtaneæ longè à paſtu cum ibit dormitum.

Mercurialis ſcribit ſe vſum feliciter ſeq. cōfectione: ℞ zedoar. doron. galang. B ana ʒ ijß. lign. aloes, cinamom. caryophyl. ana ʒ jß. ſpic. piper. long. ana ʒ j. ſatyrii ʒ ij. caſtor. ʒ j. moſch. ambr. ana gr. vj. ſacchar. vel mellis q. ſ. fiat ſecundum artem mixtura. Vſus huius mixturæ eſt tribus vel 4. diebus antequam mulier debeat concumbere viro, manè ad ʒ iij. cum vino odorato & generoſo ſumat.

Platerus pro Comitiſſa quadam feliciſſimè ſequens electuarium præſcripſit: C ℞ condit ſatyr. rad. eryng ana ℥ j. piſtac. pinear. mund. conſeru. flor. roſmar. an. ℥ j. cortic. citr. condit. zingib. cond. ana ℥ ß. ſemin. eruc. bulb. an. ʒ j ß. raſur. ebor ʒ ij. coagul. lepor. raſur. cornu capr. (ſi de epilepſia non ſit metus) priap. taur. pulu. ana ʒ j. pulu. diambr. diamoſch. ana ʒ ß. cinam.

cinamom. caryophyll. macer. nuc. mo- A
ſchat. ana ℈ij. cum ſyr. conſ. zingib. F. ele-
ctuarium. Sumat alternis diebus bo-
lum.

Idem autor in Principiſſa quadam vſus
eſt ſeq. electuario : ♃ Conſeru. anthos
maioran. ana ℥ j. fl. lauend. cortic. citr. an.
℥ j. zingiber. virid. cond. ℥ ß. diaſatyr. rad.
eryng. condit. an. ℥ ß. ſpec. diambr. dia-
moſch. an. ʒ j ß. raſur. ebor. ʒ ß. priapi cerui. B
matric. lepor. coagul. lepor. ana ℈ j. thur.
ʒ ß. ſem. aniſ. cinam. ſpic. nard. nuc. mo-
ſchat. ana ℈ij. ſcincor. ſem. eruc. ana ℈ ß.
moſch. gr. v. ambr. gran. 2. cum ſyrup. fl.
ſtœchad. fiat electuarium. Iuſſit vt manè
ſumeret & veſperi vbi cubitum tenderet
ʒ j. & ſuperbiberet vinum generoſum vel
maluaticum, propter ventriculum, qui ſi-
mul debilis erat.

Sola conſerua roſmarini quoq; à mul- C
tis commendatur.

Aqua hæc ſtillatitia vnicè valet præſer-
tim in frigidioribus & humidioribus fœ-
minis : ℞ Cinam. caryophyll. zingib. cu-
bebar. cardamom. piper. long. nuc. mo-
ſchat. macis granor. paradyſ. ana ℥ j. ze-

A doar. galang. min. ana ℥ ß. ſem. aniſ. fœnic. ana ℥ ß. granor. Iuniper. ʒ ij. Inciſis conquaſſatisque ſuperfundatur vini maluat. menſur. dimid. vini rhenan. menſur. 2. aq. fragar. meliſſ. ſalu. ſerpilli ana libr. 2. aq. verben. ℔ j ß. Miſceantur inuicem & per 6. dies ad digerendum deponantur, poſtea deſtillentur ſ. a. dentur huius aquæ manè & veſperi cochlear. 2. vel 3.

B Maioranæ tenuioris delicatioris odoratioris gentilis, & minutæ vocatę oleum ſtillatitium, coagulo leporino remiſtum, & moſchi tantillo: eſſe arcanum conceptui fœlicitando nulli referandum, Pena & Lobelius confirmant.

Si mulier ſaluiæ hortenſis ſucci heminam cum modico ſale potauerit, deinde quarta à menſtruæ purgationis die poſt horæ quadrantem viro ſeſe commiſcuerit, C infallibiliter eam concipere multi graues viri teſtãtur, quo remedio etiam poſt magnam peſtilentiam Ægyptias fœminas ad multam ſobolem perueniſſe Aëtius ſcribit.

Alderetus hoc vehementer extollit: ℞ farin. tritic. aq. ſtillatit. petroſel. ſucc. artemiſ. q. ſ. vt fiant 17. placentulæ, quę in oleo

oleo communi frigantur & 15. à menſtrua A
purgatione diebus, incipiat fœmina ſingulo mane vnam capere, ac ſuperbibat aq. petroſel. Interea tamen ſeruet vterq; coniugum regulas.

Mulier quoque cubitum itura coaguli leporini ℈ j. in hoſtia aſſumat. Vir verò comedat zingiber conditum.

Quercetanus ſeq. decoctum ad iuuãdam conceptionem maximè commen- B
dat, quod recipit teſticulor. ariet. pręparat. in vin. & exſiccator. vulu. lepor. idemtidem præparat. & exſiccat. macis, cinam. caryophyll. zingib. alb. ſem. ameos an. ℥ij. croc. ʒ j ß. medull. vel carnis nucum communium, auellanar. piſtacior. ana ʒ vj cõtundenda contundantur, macerentur & tandem coquantur in libr. 2. vini maluatici ad tertiæ partis conſumptionem. Hu C
ius decocti mulieri ſtatim poſt legitimũ menſium fluxum offerendę ſunt tres vel quatuor vncię manè, tribus vel quatuor horis ante cibum, idque tribus diebus cõſequentibus: quarta verò iungatur marito ſuo fœcundo, ac niſi plane ſterilis ſit concipiet.

A Decoctum ſequens infallibile prędicant eſſe remedium: Fit, radicem eryng. fol. artemiſ. & ſanamundæ decoquendo in vino rubro:& cyathum vnum tepidum mulieri manè & veſperi exhibendo cum ʒj. trypheræ magnæ ſine opio, per dies nouem.

Si ob copiam flatuum in vtero conceptio non fiat, ſequens puluis proficuus e-B rit: ℞ nuc. moſchat. raſur. cortic. mor. raſur. cortic. nucis flor. roſmar. lign. cupreſſ. mundat. & in puluerem redacti ana ʒiij. Dentur ℈ij. cum vino odorifero.

In humiditate vteri cibi condiantur ſale, ab antiquis ſacerdotali dicto: ℞ Salis commun. ʒij. cinamom ℥ıv. piper. ſem. ameos, ſiler. montan. hyſſop. origan. puleg. ana ℥ß. fiat puluis, qui vterum mirificè purgat.

C Si conceptio ob maleficium non procedat, abrotanum vino ſumtum ac oleo illitum, prodeſſe ſtatuunt, item radicem aſparagi cum vino dulci decoctam, quēadmodum & allium hortenſe vel carduũ hortenſem vino generoſo maceratum. Dum autem hæc remedia adhibentur,

coniuges

coniuges vnanimi conſenſu ardentibus A
precibus Deum Opt.Max. auctorem cõiugii ſimul inuocent, vt ſumptis medicamentis benedicere,ſterilitatemq; in fœcunditatem conuertere velit.

Topicis adhibitis, balneis, ſuffitibus, inunctionibus, iniectionibus, peſſariis,vterum calefacere, exiccare, roborare,interdum relaxare ſi durus, aſtringere ſi nimis laxus & humidus,ſtudebimus. B

Balnea,inſeſſiones præcipuè conueniunt. Vt illis per dies quinq;, ſex vel octo, abſolutis menſtruis purgationibus, antequam maritum admittat, vtatur, repetẽdo illorum vſum ſequenti menſe, & tertio & quarto quoque, ſi interea non concipiat:quod ex eo,ſi mẽſes ſiſtantur, cognoſcitur.

Inſeſſio ex ſeq.conſtare poteſt, ex pluribus paucioribusvè pro Medici iudicio: C
♃ rad.althæ M ij. rad. Valer.enul.rubiæ, matricar.ana Mj. herb.maioran. artemiſ. nepit.chamædr.chamæpit.fol.laur. vinc. peruinc.puleg.origan.ana Mj. fl.chamæ. meliſ.ſamb.an. P.ij. ſem. lin. fœnogr. an. ℥jß.caru.℥ß.bulliãt in aq.add.lixi.mẽſur.

2.ſedeat

A 2. ſedeat in hoc balneo noctu cubitum itura, per horam vnam, ventremque inferiorem ad vmbilicum vſque immergat calidè.

Deinde egreſſa, & abſterſa pannis calidis in ſellam perforatam ſedeat, in eaque fumum ſeq. per quartam horæ partem imo ventre excipiat: ℞ troch. galliæ & alipt. moſc. ana ʒ ß. ſtyrac. calamit. ladan.
B benzo. ana ʒiij. lign. aloes ſantal. citrin. ana ℈iv. granor. pœon. ʒß moſc. ambr. ana ℈ ß. cum laricea fiant trochiſci pro fumo pond. ʒ ij. imponatur vnus carbonibus.

Vbi vterus eſt nimis lubricus, decoquatur ſaluia in aq. & vino, & fumus per infundibulum in vterum mittatur.

Pauperes ſuffumigentur cum æquis portionibus myrrhæ, thur. lign. aloes, ſty-
C rac. cinamom.

In laxitate vteri vbi aſtringentia & exiccantia conueniunt, ſeq. inſeſſio concinnetur: ℞ rad. rubiæ Valer. matricar. cyper. biſtort. ana M j. herb. maioran. artemiſ. roſmar. nepet. fol. laur. fl. chamæm. ſambuc. ana M ij. gallar. balauſt. ana ℥ ß. fol.

querc.

querc.Mjß. rub.Mj.alumin.℥j.decoquã- A
tur in aq.pluuial.menſur.vj.aq. ferrarior.
menſur.2.lixiuii vini ana menſur.jß.

Vel hic fotus ordinetur, qui peculiari quadam facultate os vteri rurſus cõſtringit: ℞ rad. biſtort. quinquefol. cyper. ana ℥ij. roſar. rubr. cum calicibus, cort. mal. granat & balauſt. ana ℥j. ſuber. ℥ß. heder. Mj. fiat decoctio in aq. & vino adſtringẽti & quouis die fotu hoc fœmina vtatur. B

Suffitus autem ex ſeq. excitetur: ℞ lign. aloes, cinamom. ana ʒjß. caryophyll. rad. cyperi nuc. moſchat. ana ʒj. rad. biſtort. angel. ana ℥ß. gallar. alumin. an. ʒv. muſc. ℈ß. fiat puluis pro ſuffitu.

Cum verò relaxare vteri orificia animus ſit: ℞ rad. lilior. althæ ana M ij. rad. irid. vulg. M j. malu. cum tot. M iij. rad. bryon. Mß herb. parietar. fl. chamæm. ana Mij. matricar. maioran. puleg. an. Mj. fl. ſambuc. melilot ana Mj. ſem. lin. fœnogræc. ana M jß. coquantur pro inſeſſione. C

Thermæ ſulphureæ, cum vim emolliendi habeant maximam in duritie vteri

extremum

A extremum erunt remedium & quia ſiccant pinguedinemque nimiam contenerunt in humidioribus & pinguibus præſertim, quoque conuenient.

Vnctiones poſt balneum & ſuffitum in pectinis regione non etiam omittendæ ſunt.

Platerus ſeq. vnguentum probat: ℞ ol. nard. muſcellin. ana ℥j ß. pingu. gallin.
B anſer. ana ℥ ß. lign. aloes, zingib. zedoar. ana ʒj. macer. nuc. moſch. caryophyll. an. ʒj ß. roſar. flor. ſtœchad ſquœnant. ana gr. xv. caſtor. ʒ ß. moſc. ciuett. ana gr. vj. fiat vnguentum.

Pro Principiſſa quadam idem autor ordinauit hoc: ℞ Ol. moſchellin. ℥ij. ol. cheirin. lilior. alb. ana ℥ ß. ſpec. diamoſc. diambr. ana ʒj. ciuett. ℈ ß. ſtorac. liquid.
C ʒj. moſc. ambr. ana gr. v. ceræ alb. parum, miſceantur pro linimento.

Si vterus ſit nimis lubricus maſtich. decoctum in vterum immittatur.

Si vterum expurgare à prauis humoribus, animus ſit, peſſarium ſeq. mirificè id præſtabit: ℞ caſtor. agarici, maſtich. ana ʒ ß. colocynth. ℈ ß. Bulliant in vino albo, cola-

colaturæ adde mellis q. ſ. fiat lento igne A peſſarium, quod inſperſum puluere nucis vomicæ combuſtæ in vterum iniiciatur.

Secundum ſit ſeq. quod priori nihil cedit: ℞ Macis, bdellii ſtyrac. ana ʒij. maſtich. myrrh. ana ʒj. caryophyl. ʒ ß. colocynth. ʒ ß. ſpec. hier. picr. ſimpl. ʒj. omnia cum ladano incorporentur.

Vel præparetur ſeq. peſſarium quod B magis vtero eſt appropriatum: ♃ coagul. leporin. ſtercor. eiuſd. macis ana partes æquales miſceantur fiatque peſſarium.

Peſſarium hoc ad conceptionem mirificum & aliquoties expertum habetur in moſchione: ℞ ſpic. nard. coſt. fol. myrrh. ana ʒij. amom. ʒ iv. medull. ceruin. adip. anſer. ana ʒviij. ceræ punic. ʒiij. ol. nardin. obol. I. olei roſat. ʒiij. commi- C ſceantur pro peſſario, quo vtatur fœmina.

Theodorus Priſcianus refert de Fabiana Priſcilla cum omnes Medici in ea defeciſſent, illam vſam fuiſſe ſequenti peſſario ſicque concepiſſe: ♃ butyr. obol. vj. hyſſop.

A hyſſop. obol. 3. myrrh. obol. 2. medull. ceruin. obol. j. adip. gallin. obol. 3. terebinth. obol. 3. ceræ punic. obol. vj. aloes hepat. obol. 3. caſſiæ fiſt. obol. j. olei roſat. obol. 2. mellis q. ſ. coq. in vaſe fictili nouo, conſeruetur ad vſum.

Quidam ſubiiciunt in vterum peſſarium ex teſticulis vulpis ac felle galli, ſimulque fœminæ propinant limaturæ eboris

B ʒß. cum vino.

De allio hortenſi referunt, ſi cum oleo de ſpica conteratur, & in rarum linteolū oblongi ſacculi modo conformatum intrudatur ac in vuluam profundè pellatur, ceſſantes menſes potenter moueri & vterum mira voluptate affici ac repurgari, vt hinc multis facta ſit via ad conceptum

C longo tempore deſperatum.

Quo conceptio felicior procedat, maritus etiam inungat penem balſamo, aut oleo lilior. cum moſco vel ciuetto, aut fœmina inungat pudendum ſuum ciuetto, hoc modo vterus ſemen auidiùs rapit, ſibique adiungit.

In nimia pinguedine Luſitanæ mulieres vſurpant limones cum ſale, qui cibus valde

valde extenuat, à pinguibus & dulcibus A abſtinent.

Albus mulierum fluor quomodo exiccetur, in ſuperioribus demonſtratum eſt.

Si vterus eſt prolapſus, is reponatur & ea medicamenta applicentur quę vterum conſtringunt, vt in capite de deſcenſu vteri ſuperius oculis ſubiectum.

Pro Coronide adiiciemus, poma man- B dragoræ comeſta, multorum Doctorum virorum teſtimonio fœcunditatem promouere. Lãgius de his hęc ſcribit: Rachel venuſta ſed ſterilis Iacobi vxor, quam fœcunditatem à Deo precario obtinuerat, non priùs tamen concipere potuit, quam poma mandragoræ à ſorore Lya accepta deguſtaſſet, quorum fœcundas vires pleræque Bononienſium vxores, me conſule, expertæ, & illorum ex vino decoctum, C ac paſſim illa decantata, mulierum medicina tryphera magna opere teſtatur; Hactenus Langius. Atque ſic indicatum qua ratione illa obſtacula amoueri poſſint, quæ prohibent, quò minus ſemen virile ab vtero concipiatur: nunc ordinis

A ratio requireret eadem aſſuere quæ vterum corroborabunt,præcauebuntque ne ſemen conceptum rurſus prolabatur,ſed in vtero perfectam maturitatem acquirat & viuus fœtus ex eo progeneretur. Cum autem hæc ſpecietenus in capite de abortu declarentur, ea ad illum locum reſeruanda.

B

Cap. III.
De Mola.

MOLÆ nomen à μύλα vocabulo Græco,quod piſtrinariam molam notat, quidam detorquent, cum illi ſimilis ſit, tum figura circulari,tum duritie.Alii molam dictam putant à mole ſeu pondere, quod inſtar ponderis grauet. Auicenna extenſionem flatuum in vtero ſic nomi-
C nari vult. Paulus Ægyneta ſub mola omnem duritiem comprehendit , vt & ſcirrhos. Afranius Poeta molucrum vocat.Barbari eam appellant fratrem Lombardorum , item Harpyam. Ariſtoteli μόλυνσις dicitur, quòd ſit quaſi leuis quædã concoctio, parum à cruditate differens.

Eſt

Eſt autem mola ſubſtantia carnoſa cũ A
venis referta, & cute vel membrana obducta,(interdum membranoſa & fibroſa cruorem vel ſaniem continens) inutilis,& informis, in muliebris vteri capacitate genita ex ſemine virili imbecilliori, quod conformationem quidem aggreditur, ſed ſanguinis copia obrutum, finem ſuum aſſequi nequit.

Informis dicitur mola, non quod ex- B
pers ſit omnis formę, habet enim ſuum eſſe & ſuam certam circumſcriptionem, ſed quod animalis neque εἶδος, neq; μορφὴν, neque ſpeciem, neque formam habeat. Mola non habet ſemper ſe vniusmodi. Platerus vidit molam excretam ſtellam arboreſcentem marinam appoſitè repræſentantem. Lemnius molam nono menſe eiectam conſpexit, cui vtrinque anſæ duæ connexæ fuerunt, in brachiorum lõ-
gitudinem ac modum exporrectæ, quæq; C
palpitauit, illique vita infuit vt ſpongię & vrticæ marinæ. Quidam obſeruarunt in mola tantum ſanguinem concretum, & cum mola in aquam proiecta fuerit, ſanguinolentum illud in aquam abiiſſe, re-

Digitized by Google

A manente ſaltem nuda membrana. Alii contemplati ſunt molam membranaceã globoſam, aquoſis bullis & rotundis, humidis pellucidisque impletam.

Magnitudo etiam in ea variat. Dodonæus confirmat in obſeru. med. c. 49. ſe conſpexiſſe molam pedem longam, latã ſemipedem, altam tres quatuorvè digitos. Duretus in comment. ad coac. pag. B 476. teſtatur molam proiectam, molis annorum 15. rotundam pedes tres cum dodrante.

Contingit non rarò molam generari cum fœtu vero, & cum eo, vel poſt eum, (ſic vidi molam poſt fœtum enixum biduum poſt cum ſecundina eiectam) in lucem edi etiam abortus cauſam eſſe.

C Mola interdum primis diebus proiicitur, interdum tertio vel quarto menſe procidit, ſi autem acetabulis firmiſſi[illegible] alligata eſt, quatuor quinquevè annos, interdum & totam vitam vtero geritur.

De cauſis molæ non conſentiũt. Medici. Hippocrates, Galenus, aliique Greci, molam naſci volunt, cum ſemen virile ob ſpirituum inopiam imbecillius, ſanguinis materni copia obruitur.

Mercatus

Mercatus addit molam plerunq; ſub- A
oriri, ſi fœmina coierit menſtruis eminē-
tibus, fluentibus vel nondum ex toto pur-
gatis, tum enim faciliùs ſanguinem ſemē
virile quaſi ſtrangulare ſibique ſubiicere
poſſe.

Plutarchus plurimique alii, molam ſi-
ne viri conſuetudine, ſeu maſculino ſemi-
ne, non generari contendunt, cum ab ho-
neſtis virginibus poſt magnos dolores B
magno conatu, molas paruas oui gallina-
cei magnitudinis, enixas ſe vidiſſe dicant.
Marcellus Donatus confirmat à ſe viſam
matronam honeſtam, quæ abſque viri cō-
greſſu molas frequenter pepererit. Hu-
ius opinionis etiam Iulius Cæſar Scaliger
in comment. ad lib. x. Ariſtot. de hiſtor.
animal. eſt, exiſtimans ſibi non difficile
fore probare, virgines quoque molas con-
cipere. Lemnius quoque aſſeuerat in lib.
de occult. natur. miracul. concipi partum
lunarem citra virilem operam ex imagi- C
naria venere, in iis quæ admodum pruri-
unt, impenſeque ſalaces ac laſciuæ ſunt,
ſic vt ex crebro virorum intuitu cōtactu-
que muliebre ſemen cum ſanguine men-

A ſtruo conglobari contingat, ipſamque facultatem vteri atque inſitum calorem rudimentum aliquod animantis meditari. Hæc exempla quamuis magnam probationis ſpeciem præ ſe ferant ob autores grauiſſimos qui eo obſeruarunt: tamen ex Galen. lib. 14. vſ. part. cap. 7. conſtat, molam non ſine virili ſemine fieri, cum ab eo formationis omne principium prodeat.

B Adde quod, ſi ex ſolo muliebri ſemine conciperetur mola, virgines aliquando, quæ nocturnas pollutiones patiũtur, molam geſtarent, quod nunquam, vt ego ſcio, obſeruatum eſt. Rectè tuemur tam diu Hippocratis opinionem, donec contrarium propria autopſia demonſtret, tũ enim lubenter linguam corrigemus, noſtrumque errorem liberè fatebimur. Sunt

C qui exiſtimant generari molam, vt reliquas carnes, ex ſolo ſanguine confertim affluente qui vteri calore cogatur. Sed cum ſanguis nullam agendi, ſed tantum patiendi vim habeat, hoc modo etiam mola pronaſci nequit. Verum generationis modum expreſſit Hippocrates primo de morb. mulier. De molæ conceptu,

inquit,

inquit, hæc vera eſt ratio ; Cum ſanguis A
copioſiſſimus ſemen exiguum & morboſum exceperit , legitimus conceptus non fit, & venter intumeſcit, quaſi vtero gereret. Conſimilia refert lib. de ſterilibus, dicens: Fit itaque mola in vtero, cum menſium copia exiguum & minimè robuſtum ſemen virile conceperit.

Duæ igitur ſunt cauſæ molæ, ſemen virile, paucum & vitioſum, & ſanguis afflu- B
ens copioſiſſimè. Semen paucum & vitioſum formationis opus aggreditur & membranas effingere conatur, ſed dum inchoatum opus perficere tentat, affluxu ſanguinis copioſiſſimo impeditur partiũ diſcretio, & ſic ob ſanguinis prædominiũ loco animalis caro generatur informis, vitæ quædam habens principia, ſed adeò imbecilla vt ſtatim exſtinguantur. Nam C
quod quotidie augeatur & creſcat, id nõ præſtat vera nutritione, ſed appoſitione. Sed de molæ natura & cauſis ſatis, nunc procedendum ad notas ſeu ſigna, quibus molæ præſentia dignoſci poteſt. Cum autem molam à legitimo conceptu rectè diſtinguere arduum valde ſit, ſæpeque in

A eo fallantur Medici etiam peritiſſimi, vt contigit Grado in propria ſua vxore, operæ pretium eſt primum ſigna cum conceptu cõmunia, deinde ſigna molæ propria proponere.

In mola quemadmodum in conceptu menſes ſiſtuntur mammę turgeſcunt, cibi faſtidium ineſt, venter ſenſim attollitur, ſtomachus ſubuertitur, lumbi grauãtur, inceſſus grauior fit, facies palleſcit, B fœminę quoque facilè animo linquuntur & reliqua ferè accidentia adſunt, q̃ legitimum conceptum comitari ſolent. Vt tamen à legitimo conceptu diſtinguatur, Hippocrates 1. de morb. mul. & libr. dę ſterilibus, molæ ſigna ab his quatuor, tumore ventris, motu, lacte, & geſtationis tempore petenda putat. Primum quidẽ à ventris tumore. Nam celeriùs ex mola, quam ex vero fœtu venter intumeſcit, & C maiore cum duritie tenditur, ac difficilius geſtatur. Secundò molam à vero cõceptu diſcernit motus. Si enim poſt tertium aut quartum menſem non perſentiatur motus, vitioſus eſt conceptus: mares namque teſte Hippocrate tertio, fœminæ quarto menſe mouentur. Fœtus quoque

quoque poſt quartum menſem blandè A
ac leniter mouetur in omnem partem
ſponte ſua: mola autem inſtar globi, nunc
in dextrum, nunc in ſiniſtrum latus, pro-
ut in hanc aut illam partem inclinat vte-
rus, cum impetu quodam prouoluitur.

Mola manu compreſſa ſtatim loco ce-
dit, ſed mox in eundem recurrit. Puellus
vt non cedit ſic neque recurrit. Quod ſi
alius quidam motus tremulus & palpitās B
ſimul exurgat, is vel à flatibus, qui vtpluri-
mum molæ coniunguntur, vel ab vtero
inutile pondus excutere contendente
proficiſcitur. Tertium molæ ſignum à la-
ctis natura petit Hippocrates. Eſt hoc ma-
ximum, inquit, & certiſſimum molę in-
dicium, quod in mammis lac verum nul-
lum apparet; at ſi legitimus fuerit conce-
ptus, lac in mammis generatur. Extat au-
reola libello de natura puelli ſententia, ſi- C
mulatque cœperit moueri fœtus, tunc lac
ſui notam exhibet matri. Poſtremum &
omnium certiſſimum molæ ſignum eſſe
vult, ſi tempus geſtationis legitimum ex-
cedant. Addunt neoterici, quod fœminæ
molam vtero gerentes, crebras in ventre

A quaſi acu fiant punctiones ſentiant: indi-
esque macreſcāt artubus quidem omni-
bus, ſed præſertim cruribus pedibusque,
quanquam iidem illi ſub veſperam intu-
meſcant adeò, vt ad inceſſum euadant
tardiores. Plerunque ex interuallis tertio
quouis menſe, vel longiori temporis in-
tercapedine effrenes fluores fœminis ſu-
perueniunt ſed colore vitioſo. Interdum
B quoque per aliquot dies mictio laborioſa
& dolorifica eſt ægreq; procedit, non ra-
rò etiam aluus conſtringitur.

Differt mola ab inflatione vteri, qua
cum maximam affinitatem habet, ſequē-
tibus ſignis. In inflatione vteri pecten i-
musque venter quoque inflatur ac dolo-
re concutitur, qui & plerumque ad ſeptū
tranſuerſum & inguina excurrit, ſed is
tumor non eſt tam magnus, neque is in-
C deſinenter perdurat, ſed per certa tem-
poris interualla repetit. Agitato corpore
interdum ſonitus fluctuantis aquæ obau-
ditur, quod in mola non ſemper fit. Ex-
hibitis carminatiuis flatus propelluntur
tumorque ventris ſubſidet. Carminatiua
autem in mola exhibita plus moleſtiæ fa-
ceſſunt,

ceſſunt. Flatus quoque egregiè diſſoluuntur ſi cucurbita magna cum flamma copioſa ſub vmbilico affixa violenter detrahatur. In mola autem eadem appoſita, nihil ſymptomata alleuiat. Reliquæ notæ videantur in capite inflationi addicto. A

Mola ab hydrope diſcernitur ſequentibus ſignis: In hydrope tumor extenditur iuxta ventris amplitudinem, in mola verò acuminatus magis eſt. Mola in aquã ſubtercutem plerunque degenerat, ſi primo anno non reiicitur. B

Hanc affectionem cum primo anno non emendata eſt alii velut incurabilem penitus reliquerunt, alii incipientem curari poſſe confidunt.

Molæ curatio in duobus conſiſtit, videlicet ne in illis mulieribus, quæ molæ obnoxiæ ſunt, amplius generetur; ſecundo ſi genita ſit, maturè antequam in immenſum excreſcat expellatur, alias ſic aucta difficulter poſtea cedit, vel cum magna difficultate & hæmorrhagia, tandem erumpens, exitium ægræ aliquando parit. C

Primo

A Primo ſi ſit plethorica, vena ſecetur in
brachio, quoad ſanguis redundans extra-
hatur, deinde quoque inſtante menſtrua
purgatione incidatur vena tali, vt ſanguis
menſtruus eò ſufficientius fluat, ſi facilè
multum ſanguinis rurſus colligat, inedia
vel parciore cibo exercitiiſque eius copi-
am præcaueat. Si ſanguis ſimul ſit vitio-
ſus purgantia quoque exhibeantur qualia
in ſuppreſſione menſtrui ſanguinis ad ſa-
B tietatem propoſita, vel detur ſeq. hauſtus
purgans.

℞ Elect. bened. laxat. ʒvj. aq. artemiſ.
ſalu. ana ℥j. aq. meliſſ. ℥ ß. ſyr. roſar. ſolut.
ʒiij. Miſceantur pro hauſtu.

Vel: elect. de ſucc. roſar. bened. laxat.
ana ʒij. elect. diaphęn. ʒ i j ß. ſyr. roſar. ſo-
lut. ℥ ß. aq. meliſſ. card. bened. artemiſ. an.
℥j. Miſceantur.

C Vel ℞ decoctionis lign. guaiac. ℥iiij.
in quibus bulliant fol. ſen. ʒvj. rhabarb. el.
ʒj. ſem. aniſ. carui ana ʒij. poſtea reponã-
tur ad macerandum per 12. horas, dein
colaturæ immiſceantur elect. diaphæn.
ʒiij. ſyr. roſar. ſolut. ʒiij. fiat hauſtus pur-
gans.

Si

Si ventriculus prauis humoribus cauſam præſtet, vomitoriis ſupra enarratis euacuetur. A

Poſtea ſumat frequenter in lecto ſeq. mixturam: ℞ conſeru. roriſmar. ℥v. theriac. Venet. ℥j. Miſceantur.

Vel ♃ trypher. magn. ſine opio ℥j. theriac. androma. ℥ß. cum hauſtu vini in quo roſmarinus, meliſſa & ſaluia decocta ſunt. B

Frequenter quoque cum vino ſumat raſuram eboris:

Vel ℞ conſeru. roſar. antiq. ℥ij. conſ. meliſſ. aceto ſal. ana ℥j. conſ. roſmar. diacydon. ana ℥ß. margar. præpar. corall. præpar. ana ℈ß. cinam. ℈j. macis ℈ß. ſpec. diarhod. abb. ℈j. cum rob. rib. fiat conditum. Comedat mane ad magnitudinem nucis iuglandis. C

Partes genitales calfaciendæ exiccandæ & roborandæ ſunt, quas intentiones præ omnibus thermæ ſulphureæ abſoluunt.

Mundari etiam & ſiccari vterus per fomenta, & ea quæ imponuntur, debet.

Commendatur ſpecialiter decoctum ſal-

A ſaluiæ in vino ſi per infundibulum fumus in vterum mittatur.

Panniculi etiam linei molles intingantur in aquam maioranæ & membro muliebri imponantur.

Caueant mulieres ſibi, ne concubitum admittant menſtruis fluentibus. Item abſtineant à frequenti coitu, cum ſe concepiſſe ſentiunt.

B Reliqua petantur ex ſequenti capite, in ſcripto, de abortu.

Si verò mola genita ſit, ſanguis quoque mittatur in plethoricis, ſed partitis vicibus, ne vires nimium deiiciantur, ſimul etiam præſertim circa initia molæ, malleolorum venam ſecare conuenit, quò concitato menſtruo fluxu, natura vnà cum propulſione ſanguinis molam quoque protrudere poſſit, ſi hoc modo non eiici poſſit, purgantia deinde exhibeantur, quorum formulæ aliquot in capite de defectu menſium enarratæ ſunt.

C

Poſtea exhibeatur ſeq. decoctum: ♃ rad. pæon. ℥vj. rad. artemiſ. rubiæ maj. an. ℥v. herb. verben. rut. aneth. puleg. ſabin. calaminth. ana Mj. fl. chamæm. Mj. galang.

ꝛang ℥ij.nuc.moſchat. N. j. ſem. aniſ.fœnic. ana ℥iij. coquantur in vino,dulcoretur ſaccharo pro placito. Bibat manè & veſperi hauſtum. A

Vel ℞ rad. bruſc. aſparag. ana ℥ j. rad. ſaxifrag.cum herb malu.cum herb. herb. parietar.ſabin.virid.puleg.ana M j. herb. rut.aneth.verben.ana M ß. Fl. chamæm. Roman. M j. ſemin. aniſ. carui fœnic.ana ℥ ij. coquantur in vino, de quo bibat manè & veſperi cyathum. B

Vel ℞ rad. rubiæ maiora.raphan. marin. acori ana M j. calam. aromat. ℥ ij. herb.hyperic.ſabin.mentaſtr.calaminth. ſmyrn. artemiſ. puleg. ana M ß. ſchœnanth.M ß.ſemin.dauc.petroſel.aniſ.fœnic.ana ℥ij.galang.℥j.conquaſſata coquãtur in mulſo.

Vel in forma pulueris: ℞ cinam. myrrh. ſem.rut.herb.mentaſtr.ſabin. calaminth. puleg.ana ſiccator.℥j.rad.rub.ſagapen.oponac.cardam. ana ℈ij. baccar. iunip. ℥j. fiat puluis, cuius ℥j. cum ſuperioribus decoctis exhiberi poteſt. C

Foreſtus de ſequentibus pilulis tres qualibet veſpera propinat. ℞ trochiſc.de myrrh.

A myrrh.ʒj.euphorb.gr.j. cum ſyr. de arte-miſia,fiant pilulæ ix.

Vel ℞ aſæfœtid. ʒ ß. ſem. rut. caſſiæ ligneæ raſur.lapid.dactylor.borac. an. ʒjß. croc.ʒß.myrrh. theriacæ diateſſar. an.ʒj. Miſceantur, ſumat ʒj. cum aq. ſabinæ.

Extrinſecus foueatur pecten fotu ſeq. ℞ malu. parietar. branch. vrſin. mercur. ana Mj.puleg.ſabin.artemiſ.an.Mß.ſem.

B fœnogræc.lin. althæ, aneth. ana M ß.fiat decoctio pro fotu.

Deinde inungatur pectinis regio vnguento molliente hoc modo parato: ℞ ol.lilior.amygd.dulc.violar. pingued.anſer. gallin. an. ℥j. ol. chamæmel. aneth. pingued.anatis, mucilag. fœnogr. lini althæ ana ℥jß.ol. cheirin.medull. crur. vi-

C tul. butyr.recent. ana ℥ß. vitellos duos ouorum cinamom. el.an.℥ß. gall.moſc. ℥ß.pulueriſentur & fiat vnguentum.

Vel ℞ ol.lilior.irin.anethin. chamæm. ana ℥j. butyri recent. adip. anſer. an. ℥ß. ladan.ʒiij.ceræ & vini odorati parum,fiat vnguentum.

Poſtea excitetur ſuffitus ſub veſtibus ex ſeq.puluere craſſo modo contuſo: ℞

myrrh.

myrrh. cumin. ana ℥ij. calam. aromat. cinamom. galang. macis ariſtoloch. long ana ʒj. fiat puluis. A

Vel ℞ myrrh. ℥ ß. cinam. galban. caſtor. ana ʒ ß. opopanac. ʒ j. ellebor. nigr. ʒj ß. conficiatur cum felle vaccino ad formã vnguenti craſſi, cuius particula proiiciatur ſuper carbones, & fumus mittatur ad vterum.

Mulier quædam molam vtero gerens cum nullo modo medicamentis curari poterat, ex vetulę alicuius conſilio ſuffitũ ex anetho & cumino ſuper prunas iniectis, ſub veſtibus excepit, ſicque molam excreuit. B

Vel fiat ſuffitus ex vngula aſini.

Peſſum conficit Ioannes de Tornamira ex ℥ij. galban. & hellebor. alb. ʒij.

Hæc medicamenta felicius operationes ſuas abſoluunt, cum mulieres ſimul ſe exercent curſationibus, & ſaltibus. C

CAP. IV.

De Abortu.

A conceptus vitiis, de quibus in præcedentibus duobus capitibus actum,

A ordinis ratio requirit progredi ad illos affectus, quos fœminæ ratione partus quoque ſuſtinere coguntur. Atqui eorum quidam partum præcedunt, quidam in partu moleſtant, quidam poſt partum eueniunt.

Ante partum prægnantibus eueniunt: Conuulſio flatulenta, vertigo, tuſſis, pleuritis, animi deliquium, cordis tremor, febres,
B dolores dentium, lac è mamillis profluens, cibi faſtidiū, pica, vomitus, flatus, alui obſtructio aut profluuium, teneſmus, Renum calor & imbecillitas, vrinæ difficultas & incontinentia, menſtrua purgatio, tumor & inflatio pedum, pilorum defluuium aut incrementum inſolitum, & alii plures affectus. Hi affectus à quibus cauſis proueniant, cum ſuo loco explicetur, hic per ſpecies repeti non debet.
C Procedendum igitur ad affectus qui in partu ſe produnt. Is autem ſunt vel abortus, vel pariendi difficultas.

Abortus dicitur, quaſi non tempeſtiuus illius ortus.

Eſt autem abortus immatura & violenta fœtus, qui plerunque mortuus aliàs

liàs etiam viuus adhuc eſt, ſed mortem A
vix effugit, excretio, proueniens à vaſorum ſeparatione, per quæ vtero connexus fuit.

Sic abortus eſt ſymptoma vteri, conſiſtens in læſione functionum naturaliũ & maximè retentricis, quæ debitum tẽpus anteuertit: ac nonnunquam expultricis, quæ ex aliqua cauſa laceſſita pariendi tẽpus accelerat.

Fit abortus interdum in principio ge- B
ſtationis, & tum interdum adeò paruus eſt, vt dum membris ſuis adhuc cõplicatus vt prodire ſolet, in globulum conuolutus eſt, vix vuæ baccam amplitudine ſua exuperet; interdum in medio; interdũ in poſterioribus menſibus, & tum pro tẽporis progreſſu, magnitudine varius deprehenditur.

Cauſæ abortus ſunt vel interiores vel exteriores.

Interiores commodè in quatuor mẽ- C
bra ſecantur, in humores, in fœtum, in vterum, & morbos matris.

Humores duplici modo abortui occaſionem præbere poſſunt. Primò cum tan-

A ta copia coaceruantur, qua vterum grauant, ſimulque facultatem expultricem compellant, tum natura onus viribus ſuis grauius deponere ſatagens, cum expulſione humorum fœtum ſimul propellit. Idq; maximè à nimia ſanguinis copia cõtingit, cum enim ſanguis copioſior quam ad fœtus nutritionem requiritur, ad vteri venas fluit, natura eum per menſtruum B fluxum, qui grauidis quandoque ſuperuenit, molitur excutere, qui ſi tunc vbertim affluat fœtui vt ſimul erumpat viam ſternit; ob quam cauſam, ſi grauidis menſes ſuperueniãt, periculum de abortu imminet. Aut ſi ob pedis venam ſectam, menſtruus fluor concitetur, itidem contingere poteſt, & proin illis quæ vterum gerunt, eam aperire nefas ducunt. Se-C cundo cum humores impuri acres & vitioſi ſunt, natura eorum aduerſam qualitatem perferre haud valens, facultatem expultricem ſtimulat, quæ excitata humores prauos eliminando, ſimul fœtum protrudit. Pręterea cum ſanguis ad nutritionem minime idoneus exiſtit, fœtus ob alimenti priuationem ſenſim languet, vel planè

planè intermoritur. Quidam addunt, humores aqueos & mucoſos vteri implere acetabula, & ligamenta ita remollire ac diſſoluere, vt fœtum continere nequeāt, quam cauſam ſolitariam non tamen admittit Platerus. A

Ratione fœtus abortus accidere poteſt; ſi ſit nimis grandis, vt propter molē in vtero contineri haud poſſit vel ſi ſit mortuus, quem natura dein ex vtero excutere nititur. B

Ab vtero abortus euenit, ſi vterus non ſit ſatis amplus & capax, vt ſufficienter dilatari poſſit pro incremento fœtus, vnde reiiciunt fœtum aliæ tertio, alię quarto, alię quinto menſe. Item ſi aliquid præter naturam in vtero creuerit, quod ipſum diſtendi quantum par ſit, non permittat; velut mola, comprobante Valleriola lib. 1. obſeru. 1. aut ſcirrhoſus tumor, item inflammationes & abſceſſus. Si vterus quoque ſit præhumidus & læuigatus, ligamētaque etiam tenuia, tum facta commotione vel prægreſſis reliquis cauſis fœtus facilius proiici poteſt. C

Morbi matris duplici ratione fœtum

A ex vteri domicilio eiicere poſſunt, primò quatenus ei ſimul imprimuntur; deinde quatenus in matre magnas vacuationes & graues corporis commotiones excitent. Sunt autem illi præcipui, febris vehemens, alui profluuia, grauis ſyncope, epilepſia, hydrops, &c.

Exteriores cauſæ aliæ fœtum enecant, vt animi graues commotiones, (vt timor, triſtitia, terror, ira, &c.) cibi arden-B ter expetiti & denegati, medicamenta cathartica fortia, & quæ menſes mouere fœtum expellere abortumque promouere poſſunt, ſiue aſſumantur, ſiue ſuffitu, odore, aut alio quouis modo adhibeantur. Cibum ſubtrahunt, inedia, (quamuis vix viuente matre, venę adeò inaniri queant, vt fœtui ad nutritionē nihil ſuperſit) immoderatę ſanguinis e-C uacuationes.

Mulieri vtero gerenti vena ſecta abortionem facit, idque potiſſimum ſi fœtus grandior fuerit, atteſtante Hippoc. 5. aph. 60. Vteri acetabula, per quę fœtus alimentum capeſcebat, diſſoluunt, violenta exercitatio, ſaltatio, (ſic per ſaltum

tum violentum Pſaltriam fœtum ſtudio A excuſſiſſe apud Hippocratem legitur) curſus, durior equitatio, aut vectio, grauioris oneris geſtatio, caſus violenter concutiens, aut ventris ictus fœtum contundens, item abdominis motus vehemens à tuſſi, vomitione, alui deiectione, ſternutatione, conuulſione, clamore, necnon venus nimia aut petulans. B

Signa abortus præſentis per ſe nota ſunt. Abortum verò præcedentia, & illum ſuperuenturum demonſtrantia, hęc ſunt: Lac ſponte fluit è mammis, præſertim aquoſum, mammę principio conceptionis auctæ inflatęque rurſus detumeſcunt extenuanturque, latera venterque ſuperior coarctantur, lumborũ coxarumque grauitas & ad motum ſegnities animaduertitur, appetitus proſternitur, rigor C aut horror fœminã interdum deprehendit, caput dolet, præſertim verſus oculorum radices. Si quoque cauſæ abortum inducentes prægreſſæ fuerint, menſtruaque ſuperueniant, certo certiùs abortum futurum, pronunciari poteſt.

P 4 Cum

A Cum autem abortiendi tempus inſtat, aqua primum ſanioſa profluit loturæ carnium ſimilis, deinde cruenta: hinc purus ſanguis, poſtea grumi, ac demum fœtus ipſe aut formatus aut informis excluditur.

In curatione ſeu pręcautione abortus primò nobis reſpiciendum eſt, num fœmina antehac abortiuerit, & quæ cauſa B obſeruata, ob quam abortus tum temporis ſubſequutus, quæ tunc omni molimine amouenda erit, ne cum rurſus imprægnetur, idem ei obtingat. Quod fiet, obſeruando ipſius conſtitutionem, an plethorica vel cacochymica exiſtat vel affectu aliquo laboret. Si ob plethoram euenerit, & adhuc ſanguinolenta ſit, antequã ſe rurſus viro commiſceat, ſanguinẽ ſufficienter ſibi detrahi patiatur.

C Si verò cacochymia in cauſa fuerit, atque adhuc in corpore redundet, ea purgationibus, mundificantibus ſanguinem, ſudorum prouocatione & viuendi decẽti regimine emendetur, corpuſque purum & mundum reddatur. Si affectu aliquo mulier laboret, aut vteri quodam vitio,

quæ

quæ cum concepit abortus cauſam præ- A
bere poſſent, his emendandis ſtudendũ.
Quod ſi horum nihil appareat, aut cognoſci poſſit, tantum enitendum, vt vtero robur aliquod addatur, isque ſic confirmetur, ne facilè fœtus in eo contentus, rurſum elabatur. Remedia quibus id præſtari poteſt in capite de Sterilitate indicata ſunt. Imprimis autem thermis naturalibus, vel in earum defectu artificialibus B
vtendum; quibus præcipuè malum hoc auertere, mulieres ſtudent.

In aliis verò quæ nunquam abortum expertę, ſi ſigna quædam præluceant, quę abortum ſuperuenturum indicant, ſequẽti modo procedendum, cauſis prius omnibus, quæ fœtum loco mouere, aut illi nocere poſſent, ſummotis.

Cum obſeruatio diætæ multum ad præ- C
cauendum abortum poſſit, ſtudioſè eius præcepta obſeruanda ſunt. Aër ſit temperatus, vitet æſtum & balnea, cibis qui excrementa cumulant non veſcatur: vt piſcibus non ſquamoſis, cancris, carne agnina, porcina, lacticiniis, nimium pinguibus cibis, item pręparatis cum cępis, iec-

A ra gallinæ aſſata edat. Quo tempore a-
ſparagi & fraga habentur ea comedat, à
fructibus cæteris abſtineat.

Caueat ſibi ab omnibus acribus aut cor-
pus accendentibus oleribus, aut aromati-
bus, vel etiam nimium amaris, item nimi-
um odoratis & fœtidis. Quieta ſit, nec ni-
mium ſe moueat, vitet multam ſtatio-
nem, altum clamorem, tuſſim & ſternu-
B tationem. Venæ ſectio in venis brachii
facta habet locum, cum ſanguis nimis
exuperat, eius exuperantia cognoſci-
tur ſi menſes ſimul in prægnantibus co-
pioſè fluant, tum nec adeò vt veteres fe-
cerunt, in grauidis phlebotomia metu-
enda, cum ex illius moderato vſu aliquas
abortiuiſſe non obſeruatum, & noſtro ſe-
C culo diæta alia ſit quam olim fuerit. Hoc
tamen animaduertendum, ne temerè
& inconſideratè fiat, ſed vt parum
pro vna vice ſanguinis detrahatur, &
ſi neceſſitas exigat ſequenti menſe vel
etiam tertio venæ ſectio repetatur. Cu-
curbitæ quoque apponantur mammis vel
regioni hepatis.

Purgationes per aluum ſimiliter non
temerè

temerè illis exhibendæ ſunt; Si autem illis aluus conſtipata, vel corpus admodum impurum ſit, leuia purgantia adhiberi poſſunt. Neque hic vulgi ſententia eſt approbanda, qui ſibi perſuaſum habet, in impregnatione nullo modo purgantia propinanda eſſe. Experientia enim compertum eſt, ſæpè mulieres fœtum geſtantes & tamen ſe grauidas eſſe neſcientes validis purgantibus vſas, minimè tamen labem aliquam fœtui impreſſam eſſe. A B

Purgantia præparari poſſunt ex rhabarbaro, mechoaca & foliis ſenę. Ego aliquando mulieri grauidæ ſeq. hauſtum purgantem maximo iuuamento propinaui, qui recipit prunor. Num. xvi. paſſular. exac. ℥j ß. bulliant in aq. & vin. ana q. ſ. colatur. ſumantur ℥ iii ß. in quibus per noctem leni calore macer. fol. ſen. ℥ ß. rhabarb. elect. ʒ j ß. ſem. carui petroſel. ana ʒiij. colaturam vna vice bibendam dedi. C

Alii mulieri grauidæ, quę vteri ſuffocatione ſubinde corripiebatur, feliciſſimè ſeq. vinum purgans præſcripſi: ℞

rad.

A rad.cichor.ʒ vj. herb. abſynth. meliſſ.roriſmar.ana M ß. fol.ſen. mund. ℥ j. rhabarb.el.mechoac.albiſſ. an. ʒiij. ſem. carui ℥ ß. Conquaſſentur pro nodulo ſuſpendend. in vin. ℔ iijß.

Alterando operantia ad abortum præcauendum ea vſurpantur, quæ vi adſtrictoria prædita, vaſa quibus fœtus vtero alligatur, firmant, vteroque robur fœtuiq; B vigorem addunt, & proprietate quadam per experientiam cognita id agunt.

Intrinſecus detur in ouo ſorbili ſeq. pulueris, quantum in cuſpide cultelli teneri poteſt, vel ʒ ß. cum vino rubro exhibeatur: ℞ granor.tinctor.rad. tormentil. ana ʒiij. maſtich. ʒ j ß. fiat puluis.

Vel ℞ corall. rub. bol. armen. veræ oſſium dactylor. ana ʒ j. fiat puluis, quem capiat in ouo ſorbili quatuor vicibus.

C Vel hic Cratonis. ℞ ſpod. ʒ ij. raſur. ebor. ʒ j. zedoar. ſemin. fœnic. margaritar. præpar. coralli vtriuſque rad. cardopat. an. ℈ ß. Redigantur in puluerem, cuius exhibeatur tantum, quantum groſſo excipi poteſt, in vino.

Vel ℞ corall.rubr. ʒij. granor. tinct. oſſ. dactylor.

dactylor.an.ʒj. raſur. ebor. ʒ ß. margarit. A
non perforat.℈j. fiat puluis.

Vel ℞ rad. biſtort.℈j. granor.alcherm. ſem.plantag. portulac. ana ʒ ß. coriandr. præpar. ℈ij. ſacchari ad pondus omnium fiat puluis.

Solenander ſequens à ſe efficax expertum commendat: ℞ Maſtich. thur. alb. an.ʒß.ſanguin.drac.in lachrym.myrtillo. bol.armen. oriental. ana ℈ ß.puluerentur B
omnia & miſceantur. Ex hac miſtura ſumito ʒj. qua infarcito dactylum, eiecto nucleo ligneo, poſtea inuoluatur charta, madefiat dein vino clareto,& calfiat ſub cineribus,deinde edatur.

Vel hoc conditum: ℞ conſeru. roſar. antiq.diacyton.ſine ſpec. ana ℥j. trochiſ. de carab.de terr.ſigillat. de ſpodio an.ʒj. manus Chriſt. cum perl. ʒvj. cum ſyrup. cydon.q.ſ.fiat conditum. Sumat manè, C
veſperi, & tertia pomeridiana de hoc, ad magnitudinem caſtaneæ, vel plus.

Platerus tabulas ſeq.mirificè commẽdat: ℞ ſem. coriandr. præparat. ʒij. rad. biſtort.raſur.ebor.corall.rubr.an.ʒj. ſuccini cryſtall.an.℈j.cocc.infect.℈ ß. ſacch.

A diſſolut.in aq. roſar. ℥ iv. fiant tabulæ ʒ j. pondere. Capiat vnam alternis diebus manè.

Approbatur quoque decoctum tormentillæ cum conſerua roſar.

Abortum quoque præcauent Magiſter. Corallor. ſi ſæpius cum aq. vitæ mulierum vel aq. lil. conuall. detur, quemadmodum & tinctura corallorum rectè

B præparata.

Specifica quadam facultate ſuccum aſtaci vnius contuſi & expreſſi in vino datum ſemel vel bis in menſe, fœtū nunquam abortiuum naſci ſinere, niſi vi externa loco moueatur, quidam ſcripſit.

Extrinſecus ad abortum euitandum

C adhibentur inunctiones & emplaſtra: Vſurpantur hæc, cum de conceptu conſtat ab initio paulatim, mox in progreſſu paulò frequentius, nono autem menſe appropinquante eorum vſus intermittatur, cum etiam aluus nimium inde conſtipatur, vſus eorum erit rarior.

Inungi poteſt vteri regio anteriore ſede ſupra pubem & lumbi ſeq. vnguento:

℞ maſtic.

℞ maſtic ℥ß roſar.rub ʒ ij. ol. roſac. q.ſ. miſceantur pro vnguento, vel vnguentum Comitiſſæ huius locum ſupplere poteſt. A

Sacculus quoque roſis & balauſt. impletus coctus in vino rubro, calideq; ventri impoſitus, valde confirmat ligamenta vteri.

Poſtea emplaſtrum ſeq. tum anteriori ventris ſedi, tum poſteriori imponi poteſt: ℞ Cerat. pro matrice ℥ iij. rad. biſtort. corall. acaciæ hypociſtid. cort. mal. granator. ana ℥ ß. ladan. ʒ vj. Malaxentur omnia cum ſucco cydonior. & extendatur in aluta tantę longitudinis quò ab inferioribus partibus lumbos & dorſum verſus vmbilicum tegat. B

Vel ℞ rad. biſtort. ſemin. coriandr. ana ʒ ij. nuc. cupreſſ. ſantal. rubr. hypociſt. ana ʒ j. ladan. maſtich. ana ℥ ß. thur. bdell. ana ʒ ij. corall. ſuccin. ana ʒ j. pulueriſanda pulueriſentur, excipiantur oleo maſtichino, addendo ceræ & terebinth. q. ſ. fiant cerata quadrata duo vel tria. Primum ceratum lumborum regioni noctu cubitũ itura applicet, C

illud.

A illudque tota nocte retineat, idque ſaltem ab initio tribus noctibus ſemel, & poſt menſem quartum, alternis noctibus, & quo magis vterus creſcit, poſtea eo frequentius, mutando aliquoties locum, ita vt quãdo quater in lumbis geſtauit, poſtea in ventre ſub vmbilico totidem noctes ferat.

Si fœtum extinctum coniecturemus, B hæc dicta aſtringentia non conueniunt, ſed illa medicamenta adhibeantur, quæ fœtum mortuum expellunt, quorum ſylua in ſequenti capite exponetur.

Cap. V.

De partu difficili.

Diuinitus muliebri ſexui pœnæ loco impoſitum eſſe, quod cum doloribus C & gemitibus parere debeat, ex ſacris conſtat literis. Verum cum ad eam naturalẽ & diuinitus impoſitam partus difficultatem, alia quandoque præternaturalis accedat: neceſſarium videtur hoc quoque loco nonnulla de partu ſubiicere, & quomodo eius difficultas aliquãtum mitigari poſſit

poſſit & leuari, inquirere. Partus Græcis **A**
τόκος eſt, fœtus in vtero concepti, ſiue ſit
formatus & abſolutus omnino cum ſuis
inuolucris, aut informis mola, recto tem-
pore editio. Rectum tempus partui deſti-
natum ſunt ſeptimus, octauus, nonus &
decimus menſis. Septimus menſis, pri-
mus eſt terminus, & ante eum vitalis nul-
lus editur fœtus, nec partus nomen, ſed
abortus, meretur. Decimus verò vltimus **B**
eſt, quem ſi excedat (niſi fortè ad duos
vel tres dies vltra decimum menſem par-
tus ſe extendat, nam totos vndecim mē-
ſes conſiſtere in vtero fœtum naturæ ra-
tio non admittit) mulier, vel fallitur in cō-
ceptionis tempore, & dierum logiſmo,
vel materia illa quæ excernitur non par-
tus appellari poteſt: Intermedii ſunt o-
ctauus & nonus. Menſis autem ex Hip-
pocratis doctrina intelligendus ſolaris, **C**
qui triginta dierum eſt, non quod pro-
pterea ſeptimeſtres, nonimeſtres, deci-
meſtres, ſeptem, nouem & decem men-
ſes integros complere debeant. Nam ſe-
ptimi menſis, vt & decimi, maximam lati-
tudinem eſſe conſtat; vt qui in principio,

A medio & fine ſeptimi menſis naſcitur, is ſeptimeſtris dici debeat. Septimeſtres partus 182. diebus cum ſemiſſe, quod minimum eſt, iuxta Hippocratis ſentẽtiam terminantur ac perficiuntur: quod verò maximum eſt nunquam vltra ducentos & quatuor dies vtero fœtus geſtatur. Octimeſtres nulli vnquam viuunt. Nonimeſtris partus maximè eſt legitimus & B naturæ valde familiaris, qui conſtat ex ducentis & octuaginta diebus ad ſummum, qui conſtituunt nouem menſes & decem dies. Hic verò notandum, partum initio noni menſis editum in lucem, id eſt à decem vltimis diebus octaui ad decimum vſque noni, vix vitalem eſſe, aut ſi vitalis exiſtat, veſanum eſſe & morbidum. At verò à decimo die noni, ad decimum vſque decimi menſis, vitalis eſt & bene va- C lens: eoque magis, quò propiùs ad decimum decimi menſis diẽ acceſſerit. Porrò non prætereundum, hoc loco tempus partus id eſſe legitimum, quod bis tot additis ad tempus motus diebus, conſta. Secundum quam rationem maſculu: qui mouebitur die nonageſimo, naſcetu

ducen-

ducenteſimo & ſeptuageſimo die, hoc eſt A
nono menſe. In fœmella verò, quæ mouebitur die centeſimo & vigeſimo ſexto, hoc eſt, quarto menſe & diebus paucis ſuperabundantibus, illa multiplicatio non obtinebit locum, cum naſcatur ducenteſimo, ſeptuageſimo octauo, hoc eſt, nono menſe cum diebus aliquot. Circa hoc partui deſtinatum tempus, ſi vaſa, quibus fœtus, inuolutus membranis, inter media B
carnea placenta, vtero adhæret, quaſi maturata (vt quemadmodum fructuum maturorum pediculi, à ramis arborum, citra læſionem & lacerationem facilè abſcedunt,) citra vim magnam & læſionem facilè diſſoluuntur ſine difficultate & moleſtia graui, fœtus compedibus ſuis ſolutus liberius ex vteri latebris prodire poteſt; ſi verò adhuc validè hæc vaſa connata ac conferruminata per vim vt ex caſu, ictu, vel ſumto aliquo violento medica- C
mento partum accelerante, vel aliter ſeparentur, partus difficilior maiorique cũ dolore & ſuccedentibus horrendis ſymptomatis procedit. Quod pluries quoque fit cum obſtetrices parturientes impel-

A lunt, vt nimis citò ſe expediant, quo parturientes incitatæ conatu maximo, retétioneque ſpiritus quo ſtrenuæ eſſe dicantur ſupra vires extrudere conantur fœtũ, quamuis firmiter adhuc adhæreat vtero per vaſa. Huic etiam annumerandum eſt non leuius erratum obſtetricum, cum illæ parturientibus perſuadent, tempus pariendi inſtare, cum nondum adeſt, vnde B mulieres omnes vires intendentes quò fœtum abiiciant, ſæpenumero vaſis violenter ruptis in diſcrimen non leue præcipitantur.

Porro cum fœtus diſruptis membranis vaſisque dictis orificia adhuc tria vteri tãquam tres partes peruadere cogatur, ſi ea adeò non dilatẽtur vt fœtus per illa egredi poſſit, illinc quoque partus laborioſus & difficilis fit: eoque magis ſi natura ſint C anguſtiora aut duriora, ſicuti in nimium iuuenibus vel in illis quę diu non pepererunt, & ſeneſcentibus, vnde & tanto labore pariunt, accidit. Vel ſi alioquin ſicciora & aridiora nec humectata ſint, propterea quod aqua in partu erumpere ſolita, qua irrigantur & laxantur hę viæ, diu ante, quam ſit ſequutus, effluxerit.

Ceruici

Ceruicis anguſtia quoque impedimẽto eſt partui, imprimis verò eo potiſſimũ loci, vbi pubis oſſibus ſubiecta, in ſede illa anguſtiore, rectum ſimul inteſtinum cõtinente, latet: idque magis fit ſi coccyx ſubiectus retro haud ſatis cedens anguſtiam augeat; vel ſi inflãmatio, aut caro, aut tumor quidam vteri orificia occupent, aut in vicinis partibus hæreant, vel ſi omẽtum ſit nimis ſpiſſum & pingue, quod tamen Platerus non admittit, aut ſi procidat inter veſicam & vterum. Coanguſtatur etiam ceruix vteri ſi lumbi anguſti & rectum inteſtinum fæcibus plenum fuerint, ſimiliter ſi puerpera veſicę calculo laboret, aut hæmorrhoides eam excrucient. A B

Fœtus quoque vitio ſimiliter mulieres difficulter pariunt, & in partu ſæpe ſuccũbunt, quum grandior aut monſtroſus, aut geminus eſt, vt præ magnitudine anguſta vteri loca peruadere nequeat, vel imbecillior vt foras procedere & enixu nihil matrem adiuuare poſſit. Laborioſus & difficilis etiam ſæpenumero fit, ſi fœtus non ea figura in lucem prodit quæ ſecun- C

A dum naturam eſt; qualis eſt ſi capite primum ad exitum fœtus fertur deductis ad latera manibus & ſuper coxas applicatis, ſed potius ambos pedes, vel (quod multo operoſius exiſtit) alterum duntaxat, vel manus primum exerit, vel duplicatus in nates exit: vel obliquus alterutrum latus, vel pronus ventrem primum exhibet, aut manus crura pedesvè, quæ prius corpori B exactè applicata erant, nimis diſtendit, aut ſi alio modo exitum naturæ contrariũ quærit, quales figuræ in libell. Iacobi Runff chirurgi Tigurini videri poſſunt.

Imbecillitas matris, ſiue ea natura ſit, ſiue vel morbo, vel ætate, vel labore præcedente contracta, multoties quoque in cauſa eſt vt partus ægrè procedat, ſimiliterque ſi puerpera puſillanimis, animoq; C ob metum deiecto, aut ſi pigra in opere, vel labore diu in conatu pariendi defatigata ſit, aut ſi nimium ſomno indulgeat, aut cum anheloſa ſit & difficultate ſpiret, vt non valeat ſpiritum cohibere, aut malum aliquod conformationis vitium habeat.

Cauſæ externæ difficilis partus variæ ſunt.

ſunt. Pręcipuæ ſunt ſequentes: Primò aëris aquilonia conſtitutio, vterum nimis conſtringit & denſat, immodicus calor vires diſſoluendo ſimiliter partui officit, præterea vehemens dolor ſpiritus diſſipādo exhauriendoq; conatum pariētis debilem reddit, timor & verecundia quoq; matrem ignauam & pigram faciētes partum retardant. Deinde grati odores vterum ſurſum euocando partui remoram iniicere poſſunt. His addi poteſt, quod obſeruatum ſit à medicinæ peritis nonnullis, pyra in conclaui, in quo parturiens paritura, latentia, partum remorari, aut ſaltem difficilem reddere. A B

Signa poſſunt conſiderari bifariam, alia partum præcedunt, eumque breui ſuperuenturum indicant, alia cauſas difficultatis partus quaſi digito commonſtrant. C

Signa partum præcedentia ita exponenda ſunt, vt ſimul partus naturalis inſtantis vel præſentis ſigna enumerentur, ne incautæ & inprouidæ obſtetrices, ante tempus oportunum partui mulieres exponant, & poſtea cum laborandum illis

A ſit,labori non ſufficiant. Partus igitur na-
turalis in propinquo eſt, ſi ingeſtabile fiat
fœtus onus, ac ſub vmbilico grauitas ap-
pareat,&in lumbis inguinibusq; continu-
us cruciatus ſentiatur, ſi ſuperiores partes
gracileſcant, & extendantur loca ſuper
pectinem & inguina, immiſſoque digito
ad magnitudinem oui quid in orificio in-
ueniatur, his apparentibus,quamuis par-
B tus non longè abſit, non tamen prius ma-
ter in ſella locanda eſt , quàm cum vteri
oſculum hians digitis occurrerit ac hu-
miditas quædam effluat.

Difficilem partum prænunciant hu-
mor aquoſus diebus aliquot in maxima
copia effluens, aut copioſior ſanguinis e-
ruptio, multo tempore fœtum ꝓ̨cedẽs,
item cum lumbi mulieribus dolent, vel
dolor ad ilia & os ſacrum tendit.

Cauſæ difficultatis partus, partim ex
C earundem parientium loquela,partim ex
ipſa autopſia,partim ex ſedula mentis cõ-
templatione Medici colliguntur.

Debilitas ægræ, macilentia, veluti etiã
pinguedo, ex habitu corporis deprehen-
ditur. Si vteri vitio ſit ex propriis indiciis,
ſiue

ſiue adſit vlcus, abſceſſus, inflammatio, A
aut tale quippiam, cognoſci poteſt. Si à
frigore externo, vel calore ex aëris conſtitutione
quæ præceſſit vel adhuc viget,
planum fit. Si mater debilis naturâ, vel labore,
vel morbo prægreſſo, vel conatu pariendi
nimis cito adhibito, vel nimium
perſeuerante, aut ſi puſillanimis, aut impubis,
aut nimium ſeneſcens ab ipſa vel aſtantibus
percipi poteſt. Fœtus imbecillitas B
ex debili & tarda motione habetur, ſi
mortuus ſit fœtus à motu ceſſat, refrigeſcit
venter & latus, adeſt dolor iuxta vmbilicum
grauis, faciei & labiorum color
liuidus & fuſcus apparet, oris fœtor, ſequitur
nonnunquam ſtranguria. Quod
ſi venter, ſuper latus prægnans dum decumbit,
comprimatur, res dura de latere
in latus, quæ mouetur percipitur, moleſtę C
ſunt vigiliæ immodicæ, aliaque grauia
ſymptomata vrgent. Magnitudo fœtus
ex parentum corporum conſtitutione ac
ventris parientis diſpoſitione conijcitur,
eaque grauiter incedit. Quando autem
hęc deficiunt, & matris conatus ſatis validus
eſt, fœtusque etiam ſufficienter mo-

A uendo ſe exitum affectat, partusque tamen laborioſus & difficilis eſt, indicio eſt ſecundinam eſſe fortem, quod & comprobatur, ſi aqua & humiditas in partu nõ profluit.

Quod ſi ante excluſum fœtum ſecundina excluditur, mortuus in vtero fœtus eſt.

Cum fœtus ob magnitudinem excludi nequit, vel cum tranſuerſo ſitu, aut alio B exitum præpediente, infans in lumbis vt vocant ſubſiſtit: Aut cum ob orificiorum & ductuum anguſtiam ægrè tranſit, mater de vita periclitabitur. Quamplurimę etiam ex illis quibus ſecundina adhęſit extinguuntur.

Porrò quæ lethargico ſopore premuntur reſolutæ ſunt, ac difficulter reuocari poſſunt, lethaliter afficiuntur, & quæ ad C maximas exclamationes reuocatæ debiliter reſpondent, rurſus in ſoporem deferuntur.

Quæ per conuulſiones contrahuntur, aut neruis tremulæ fiunt, & quibus pulſus oppidò tumidus quidem verum obſcurus ac debilis deprehenditur, iis mors in propinquo eſt.

Quæ-

Quæcunque vterum gerentes febribus corripiuntur & fortiter caleſiunt ſine occaſione manifeſta difficulter pariunt & cum periculo. A

Primiparæ & iuniores item ſeniores quę nunquam pepererunt difficulter pariunt.

Pingues mulieres ſicut difficile concipiunt ita & ægerrime parient.

Maſculus cum minori labore egreditur, quam fœmina. B

Sternuatio ſi partui ſuperueniat, bonũ eſſe atteſtatur Hippocrates.

Si dolor imas ventris præſertim prope vuluã partes ferit, cũ robore virium matris, & nulla adſit anhelandi difficultas, facilitatem partus præſignat.

Summa vt paucis multa comprehendãtur compertum eſt, ſi vires admodum proſtratæ ſint, animusque deficere incipiat, in ſyncopẽ cadãt, hęmorrhagias magnas patiantur, parientes non extra periculi aleam eſſe. C

Plinius oſcitationem in enixu lethalem eſſe voluit.

Cum autem partus difficultas idonea viuen-

A viuendi ratione, toto quo grauida mulier eſt tempore inſtituta aliquantum præcaueri poſſit, ea, antequam ad curationem animus intenditur, prę mittenda eſt.

Reficiente viuendi ratione, ſtatim à conceptu, refocillandæ ſunt imbecilliores, quæ cum in hectica febre & imbecillitate ventriculi, exponatur, hic per ſpecies eam reuocare, conſulto prætermittitur.

B

Humidiore victu & potu, lubricanteq; vtantur quæ anguſtioribus orificiis ſunt præditæ, & quibus aluus plurimum conſtricta eſt, comedant ſępè pruna cocta ante cibum, paſſulas, & quinque aut ſex grana iuniperi cum ficubus, quemadmodũ & panem butyraceum reliquis cibis præmittant. Veſcantur etiam ſpinachia non pauco butyro condita.

C

Vltimo verò menſe appropinquante ad ea quoque quæ iam ad partum faciliorem mulierem præparare, non tamẽ antequam conatus ſentiat, admodum impellere poſſunt, accedendum.

Foreſtus ſcribit ſe edoctum à Præceptore ſuo, ſi prægnãs propediem paritura de

de turture ſequenti modo cocto veſperi A
alternis diebus veſcatur, eam facilè puerperam fieri. Sumit baccar. iunip. & laur. ana Num.7. addita caſſiæ ligneæ vulgaris ſemidrachma & cinamomi drachma, hæc omnia integra in turturis ventrem coniicit, ac turtur inter aſſandum gallinaceo adipe perfundi iubet. Quo tempus pariendi propinquius eſt, crebrò adhiberi poſſunt balnea & inunctiones vias la- B
xandi vim habentia.

Si aluus indies non exoneretur ſuppoſitoria adhibeantur ex melle & vitello oui vel ſapone Veneto confecta. Si verò tanta conſtipatio fuerit, vt nec ſuppoſitoriis aperiri aluus poſſit, conſilio periti Medici eſt vtendum.

Sedulò etiam obſeruandum cum partus tempus inſtat, vt parturientes non multa alimentorum copia grauentur, ne C
que varia alimenta & crebro illis exhibeantur.

Maritus, ſi ſæpè ante partum vel iam inſtante partu, cum vxore ſe commiſceat, partum faciliorem reddere, multumque, vt leuius fiat, adiuuare pleriq; docēt, veritatique conſentaneum eſt.

Matris

A Matris opera partus accelerabitur, ſi vltimo menſe ſæpe erecta ſtet, ſæpè deambulet, locaque edita ſcandat, idque præſertim tempore partus præſenti.

Curatio ſeu propulſio fœtus cum partus inſtat, & veri prægnantium dolores adſunt ſequenti modo promoueri poteſt. Primò mater, cum omnes lapides pretioſos quos geſtauit à ſe depoſuit, cum B præſentibus ardentes ad Deum Patrem noſtrum cœleſtem preces fundat; Quo facto obſtetrix, & reliquæ mulieres, prægnantem bona conſolatione erigent cõfirmabuntque, & ad obſequẽdum alacriter hortabuntur. Poſtea ad ſedile prægnantem deducent, quod ſequenti modo inſtructum ſit. Sedile ipſum ſemicycli forma fit, quatuor ſuffultum pedibus, fulcro à tergo aliquantulum retrorſum de- C ducto, panno nigro ſubtus ad terram vſq; propendente obductum. Sedes ipſa pannis munita & obducta ſit, ne lædatur enitens mulier, aut infans alicubi propter dolores & motus matris fortè impingens. Quod ſi ſedile tale in promptu non ſit, erecta brachiis ſeu humeris duarum mulierum

lierum innitetur, & tum retento ſpiritu, A
& conſtrictis muſculis abdominis, ſenſimque conatus intendendo, fœtum ad expulſionem extrudere conabitur, dum ita laborat ab obſtetrice aſtantibusque, vt ſtrenuè agat, admonebitur. Obſtetrix interea temporis, vterum parturientis oleo liliorum alborum, amygdalarũ dulcium, vel oleis ſeq. modo permiſtis, inungat: vt ℞ ol. lilior. alb. lin. amygd. dulc. ana ℥ j. ol. irini ſabin. ana ℥ ß. Miſceantur. B

Vel hoc linimento: ℞ pingued. gallin. anat. anſer. ol. liliorum cheirin. ana ℥ ß. ol. amygd. dulc. ʒ iij ß. miſceantur pro linimento.

Fomentet quoque inferiorem ventrẽ decocto facto ex maluæ herba cum radicibus. Si primis conatibus non procedat partus, & mater defatigetur, circumducẽda eſt, vt paſſibus diſtinctiorib. ambulet, C
pedibusque terram nonnihil pulſet, & poſtea recurrentibus doloribus denuo fœtum propellere omni conatu tentet. Mulier quædam adſtans parturienti, quò aliquantum reficiatur corroboreturque,

ſubinde

A ſubinde cochlear aq. cinamomi propinet, vel de ſequenti ſyrupo qui maximopere confortat ʒj. vel ʒij. exhibeat.

Macera cinamom. ℔ ß. rad. dictamn. cret angel. pomeran. ana ℥ij. in vini maluatic. ℔ iij. per triduum ad lētum ignem, poſtea coletur. In colatura diſſolu. ſacchari albiſſ. ℔ j. & tandem omnia lentè coque ad ſyrupi conſiſtentiam: Huic im-B miſce aliquid ſpiritus vini.

Vel in huius ſyrupi defectu confectiones alchermes parum cum vino dētur, item diamarg. calid. ℈ ij. cum vino porrigantur, vel tabulam vnam diamargarit. calid. ſumat.

Non minus etiam proderit ſeq. puluis gratus:

℞ Cinam. opt. ʒ j. croc. ℈ j. ſuccin. alb. ℈j. margar. non perforatar. gr. vj. fiat pul-C uis, qui binis vicibus, ita vt duæ horæ intercurrant, cum vino exhiberi poteſt.

Cum ſternutatio conatum validum efficiat, magnum ad fœtum propellendum emolumentum quoque adferet; maximè ſi ore clauſo fiat; idcirco ſi naturâ non ſuperueniat,

perueniat, ea prouocari poteſt pipere in A
nares inſufflato, vel ſeq. puluis ſternutatorius conficiatur, qui ℞ hellebor. alb. ʒ ß. piper. long. ℈j. caſtor. gr. v. fiat puluis, cuius ad piſi magnitudinem in nares mittatur.

In vmbilicum ſimul imponantur decẽ vel duodecim guttulæ ſuccini.

Obſtetrix, vbi primum fœtus progredi incipit, eum excipiat: ſi verò cedere nolit, B
ſenſim & placidè trahendo, ventriſq; partem ſuperiorem comprimendo extrahere conetur: aut ſi profundius lateat, & vel foliculo adhuc immerſus ſit, vnguibus eum blandè rumpere, & immiſſis digitis prius dictis oleis perunctis plus adaperire conabitur. Vel ſi inuerſus, iniectis digitis manuvè ſemper prius inunctis, in rectum ſitum, vt caput deorſum ſpectet, diſponendo, quò egredi poſſit, adiuuare C
debet. Cum autem in hoc deteſtando errore obſtetrices noſtræ delinquant, exempla aliquot illis proponenda ſunt, quoad eorum imitationem errores ſuos agnoſcere & emendare diſcant.

Si fœtus pedibus manibusque deor-

A ſum ad femora deductis prodit. Obſtetrix prius manibus inunctis, operam dabit ne retrò feratur, ſed vt vtraq; infantis brachia deorſum porrecta, apprehendat, ſicque ad partum prodire compellat.

Si verò fœtus pedibus ad vterum flexis brachia ſupra caput exporrecta habet, ſicque egredi conatur; Obſtetrix nullo modo talem partum excipiet, ſed B in vterum reponat & ad legitimam formam conuertat. Quod fieri poteſt, ſi parturiens ſupina in lecto reclinabit, capite retrorſum demiſſo, ſublimioribus natibus: quo facto obſtetrix ventrem ipſius præcordia verſus mediocriter ſtringet, vt in vterum infantem ipſum repellat, & alia forma prodeundi occaſionem miniſtret. Ante omnia autem curabit, vt faciem infantis tergo matris obuertat, C dein infantis nates & crura, vmbilicum matris verſus eleuet, vt ad legitimũ partũ acceleret.

Quod ſi vno tantum pede fœtus exitum quærat, brachiis circa femora demiſſis, retrouerſo autem pede altero, non is pede vno extrahi debet, ſed repellat

repellat illum ruſus in vterum, & tum A
mater aliquoties ſe quoque vt modo dictum in lecto volutabit, capite retrò demiſſo, & natibus ſublimioribus tamdiu recumbat, donec aliquantulum conuerſus infans eſſe deprehendatur, tunc ad labores reducenda & omni qua fieri poteſt ope iuuanda.

Euenit interdum, tranſuerſo ſitu apparere infantem & in latus procidere, B
tum parturiens non intendet conatum pariendi, neque obſtetrix fœtum excipiet, ſed ad legitimam naturalis partus formam prius reuocabit, ſubmouendo videlicet nates, & ad exitum dirigendo caput. Si hac ratione non ſucceſſerit, volutando ſæpius quid poſſit tentet, donec ad legitimam formam conuerſus fuerit.

Vbi altera manu tantum ad partum C
infans properauerit, altero brachio circa latera deducto, pedibusque ritè in vterum exporrectis, eum obſtetrix nequaquam apprehendet, ſed parturiens ad lectum deducta anu altius & capite demiſſiùs recumbere debet. Eo

A ipſo tempore ventrem retrò obſtetrix leniter ſtringet, vt infans in vterum recidat, ſi hoc modo infans ad naturalem partus formam reſtituatur, obſtetrix inſerta manu humeros eius leuiter reprimat, eminens verò brachium ad latus reducat, vt naturalem ſitum rurſus acquirat.

Si verò caput ſupra quod brachia ambo exporrecta habet, fœtus ad exitũ diſ-
B ponit, non obſtetrix illum excipiet ſed ſi poterit inſerta manu altera iuxta infantis brachia humeros eius ita impellet, vt totus in vterum recidat, & tum brachiis ad latera deductis, illum ad naturalem formam redigat.

Quando manibus & pedibus ſimul ad partum tẽdit infans, obſtetrix ſubmotis infantis pedibus caput apprehendet, & quantum poteſt ad exitum primò dirigat. Submouenda & brachia ſunt, niſi
C ſpontè ſe ad latera deduxerint.

Cum gemelli in vtero ſunt, eadem ratio eſt obſeruanda, quæ in ſimplici partu fit. Quo autem vnum exemplum obſtetrices rudes habeant ad quod alios partus nonnaturales metiri poſſunt, ſequens periculoſus

riculoſus partus ſpectandus illis proponi A
poteſt. Accidit nonnunquam, vt obuerſis ori matricis vtriusque infantis pedibus appareant, tum obſtetrix perunctо parturientis vtero quo eo leuior partui via ſit, alterius infantis brachia comprehendet, & ad latera deducta firmiter tenebit, & ſic leniter infantem extrahet. Eo nato, mox altero prehenſo procedat ſimiliter. Quod ſi neutrius brachia apprehendere B
potuerit, tum parturiens in lecto ſe voluat & conuertat, donec in naturalem cõuertantur formam.

Atqui hæc ſufficiant de modo exceptionis infantum; nunc vlterius videndũ, quomodo per os ſumtis & extrinſecus admotis medicamentis vteri viæ aperiri, & facultas eius excitari, quò commodiùs fœtus propellatur, poſſit.

Aquæ ſtillatitię vino deſtillatæ conueniunt: vt aq. artemiſ. flor. cheir. iaccę puleg. vel de ſequenti aqua ex multis com- C
poſita cochlear vnum vel alterum exhiberi poteſt: ♃ rad. ariſtoloch. long. pimpin. ſaxifr. an. ℥ij. rad. dictam. alb. ℥j. herb. puleg. artemiſ. an. Mj. flor. lauend. Mß.

 baccar.

A baccar. iuniper. M j. ſemin. mil. ſol. ℥ j. cinamom. ℥ iij. conciſa macerentur in vini menſura vna per biduum in loco calido, poſtea deſtillentur. Bibat quoq; aq. lilior. & lilior. conuall. admixta aqua cinamomi.

Incredibili etiam efficacia iuuat aqua cinamomi cum modica aq. angel. vel cardiacæ.

B Decoctum artemiſiæ & conſolidæ regalis cum vino Rhenano cum puluere cinamomi quoque conuenit. Item decoctum leucoi ſicci.

Noſtrates mulieres pulmentum coctũ ex farina ſecalis & cereuiſia iniecto ſemine fœniculi & melle virgineo dulcorato, parturientibus propinant, opinantes ſic commodè partum promoueri.

C Competit & expreſſio foliorum lauri, gallitrici, nepetæ cum vino Rhenano.

Pulueres ſeq. ſumat cum vino vel aquis appropriatis. ℞ cort. caſſ. fiſtul. rad. dictamn. alb. ana ʒ j. cinamom. ʒ ß. croci ℈ j. fiat puluis. Bibat dimidium cum vino, poſt duas vel tres horas, ſi opus ſit alteram partem. Vel ℞ cinamom. elect. ʒ j ß. oſſ. dactylor.

dactylor. ʒ ß. ſem. violat. ℈ ij. rad. dictam. A
alb. ℈ ß. fiat puluis, qui tribus vicibus exhibeatur.

Vel ſumito rad. dictamn. alb. ʒ vj. lign. aloes lapid. dactylor. fiat puluis, detur ʒ j. cum vino.

Vel ſic ♃ rad. dictamn. alb. ℈ ijß. ſem. viol. ℈ j. ſabin. ℈ ß. cinamom. elect. ℈ ij. croc. ℈ ß. raſur. dactylor. ℈ j. fiat puluis. Propinetur tribus vicibus.

Rondeletius ſeq. pro arcano habet: ♃ B
ſemin. lauendul. ʒ ß. ſem. plantag. endiu. ana ℈ ij. piper. ℈ j. fiat puluis, capiat cum aq. conuenientibus.

Item ℞ cinamom. elect. ʒ ij. myrrh. caſſiæ ana ℈ j. ſuccini albi ʒ j ß. fiat puluis, cuius ʒ j. cum vino aromatico exhibeatur.

Vel ♃ cinamom. ʒ ß. croc. ℈ j. borac. ℈ ß. detur cum vino vel aq. artemiſię vino deſtillatæ. C

Amatus Luſitanus ſeq. puluerem cõmendat: ♃ Cinamom. optim. trochiſc. de myrrh. croc. opt. ana ʒ ß. omnia ſubtiliter trita, & generoſo vino excepta, bibẽda propinentur.

A Schenckius in obſeruationibus ſuis ſcribit,ſeq. puluerem quaſi experientia confirmatum ſibi communicatum eſſe ab amico quodam: ℞ dictam.alb ſuccin. alb. ana ℨ j ß. fiat puluis, cuius dimidium cum vino calido ſumitur.

Foreſtus feliciter ſequentem puluerẽ cum vino decoctionis artemiſiæ exhibuit: ℞ Trochiſc.de myrrha ℈ij. cinam. ℈j.

B fiat puluis.

Seminis Milii ſolis pulueriſati drachma vna cũ vino ſumta, ſummopere partũ promouet. Quod & Matthiolus confirmat,dum eius ſeminis ℨ ij. ex lacte muliebri magno ſanè auxilio ægrè parturientibus dari ſcribit.

Vel ℞ borac. ℨ j. cinamom. ℨ j ß. croc.

C ℈j. fiat puluis cuius ℨ j. detur in vino albo calfacto & aq. artemiſię.

Iohannes Næuius ſolebat feliciter vti ſeq. puluere, qui recipit cort. caſſ. fiſtul. caſſiæ ligneę veræ cinamom. ana ℨ j. croc. borac. ana ℨ ij. viſc. querc. ℨ ß. fiat puluis, dabat ℨ j. in aq. artemiſiæ.

Puluis rad. Imperatoriæ in vino rubro ſumtus partum optimè promouet.

Quidam

Quidam lolii ſeu pſeudomelanthii ſemen cum pauxillo corn. ceru. in vino vel aq. lilior. exhibent, cum fœtus ruptis mẽbranis ad vuluam inclinat. A

Mihi quondam à nobili matrona quadam communicatum fuit ſequens ſecretum, quod infallibiliter partum promoueret: Radices vrticæ incoquebat vino & eius vini hauſtu pulu. cinam. ℈ij. croc. ℈j. exhibebat. B

Lutei apices è ſtaminibus flor. lilior. albor. vtiliter bibuntur in hoc caſu, per ſe, vel aliis permixti. Italas mulieres in oleo maceratos inſolare hocque oleum bibere Platerus confirmat.

Si partus his nondum procedat, detur parturienti viſcus de pyro, & ſuccinum album in vino. C

Ex ſecundina remedium paratur valde commendabile ſeq. modo: ℞ pulu. ſecundin. primipar. ʒß. ſuccin. alb. ℈j. detur cum vino.

Proficuus item maximè cenſetur puluis, qui recipit fimi accipitr. ʒj. cinamom. caſſ. ana gr. vij. croc. gr. vj. fiat puluis, detur in vino.

A Croci extractum ritè preparatum, in minima quantitate per os datum, difficilem partum promouet, corroborando imprimis vires grauidæ & fœtus.

Prodeſt & ſingulis horis ſumere croci ℈ß. cum modico vino.

Item olei cinamom. guttæ quatuor vel quinque exhibitæ in aq. cinam. præſentiſſimum ſunt remedium in partu ac-
B celerando.

Fœtum quoq; euocat oleum ſuccini, partumque facilem reddit, ſi guttulæ eius duodecim vel 15. cum vino parturienti propinentur.

Commodius oleum ſuccini contemperatur oleo carui ſeq. modo: ♃ ol. ſuccin. carui an. gutt. vij. vel viij. miſceantur, detur in vino.

Cum vires vacillant & debiles fiunt,
C ſumant ſæpe de ſeq. mixtura: ♃ Conſeru. violar. borrag. cortic. citr. condit. ana ʒ iij. fragmentor. lapid. pretioſ. in alcohol puluerifator. ℈ j. manus Chriſti cum perlis ℥ ß. ſyrup. de limon. ℥ j fiat mixtura.

Extrinſecus ſi vna adhibeantur medicamenta partus facilius promouebitur.

Fotus

Fotus adhibeatur ex decocto facto A
ex herb. malu. cum radic. M iij. rad. althæ ℥ j. ſemin. lin. M j. herb. artemiſ. M ij. Miſceantur.

Vel ℞ rad. malu. cum herb. M ij. rad. lilior. althę, an. M j. flor. chamæm. melilot. ana M j herb. violar. M j. ſem. lin. M j. coq. in aq. & ima pars ventris ea aqua foueatur.

Deinde peſſus ſeq. oleis ſeq. intinctus B
mittatur in vuluam: ℞ puleg. calaminth. hyſſop. ana M ß. cap. vnum radic. lilior. albor. myrrh. ʒ ij. pulueriſatis add. terebinthinę & mellis q. ſ. fiant duo peſſi ſindone ſerico obuoluti.

Olea ſunt hęc: ℞ ol. lilior. albor. lin. amygd. dulc. ana ℥ j. ol. irin. ſabin. ana ℥ ß. Miſceantur.

Vel in forma linimenti ℞ mucilagin. ſem. lini althæ. butyr. pingu. gallin. anat. C
anſer. ol. lilior. albor. amygd. dulc. an. ℥ ß. Miſceantur pro linimento, quo bene inungatur vulua.

Vmbilicus vteri inungatur felle gallinæ nigrę. Polypodium elixum pedibus ſupponatur. Magnes quoq; applicetur pudendo tamdiu donec fiat partus.

Si

A Si verò fœtum extinctum cognoſcimus, tutius fortiora medicamenta adhiberi poſſunt, vt in forma decocti: ℞ puleg. regal. M j. ſabin. M ß. cinam. elect. ʒj ß. doron. Roman. caſſiæ lign. ana ʒ ß. lapid. dactylor. ʒj ß. myrrh. ʒj ß. inter. lapid. perſicor. ℈ij. ſem. viol. ℈ j. conquaſſata tritaq; bulliant in ℔ j. vini Rhenan. optimi pro ℥ viij. capiat ſtatim cyathum vnum, & poſt

B quatuor horas alterum.

Vel in forma puluer. ℞ Aſſę fœtid. ʒj ß. rut. ſicc. ʒiij. myrrh. ʒij. Terantur omnia diligenter & miſceantur. Detur ʒ j. cum decocto ſabinæ.

Vel ℞ myrrh. caſtor. ſtyrac. ana ʒ j. cinamom. ſabin. ana ʒ ß. fiat puluis, cuius ʒj. cum vino detur.

C D. Doctor Hillerius, Medicus Marchionis ab Anſpach, exhibuit pulu. borac. ʒ j. vnicorn. ℈ j. in vino quo ſumto enixa eſt quædam coqua ſubitò fœtũ mortuum.

Vt mulier fœtum ſiue viuus is ſit, ſiue mortuus, enitatur: Succini albi & fimi accipitris alb. ana ʒ ß è vino haurienda præbeatur, & indubiè prodibit, vt Nicol. de Metri. teſtatum facit.

Vel

Vel ℞ borac. ℈ij. cinamom. ℈ ß. croc. A
gr. vj caſtor. gr. 3. fiat puluis, detur cum vino vel aq. matricariæ.

Vulgare eſt ad fœtum mortuum excutiendum chryſocoll. ʒj ß. cinamom. croc. ana ℈j. fiat puluis, detur ex vino aut aq. artemiſiæ.

Bauhmannus quondam Bremæ Poliatrus & Practicus celebris ſeq. hauſtum infante mortuo exiſtente propinare ſole- B
bat: ℞ pulu. Trochiſc. de myrrh. ʒj. Trochiſc. de gumm. ʒ ß. ſyr. artemiſ. ℥ ß. aq. puleg. artemiſ. ana ℥j. Miſceantur pro hauſtu.

Galbanum & myrrha quoque commodè in vino dantur.

Si his non excutiatur, tere rutam cum ſcammonea, & cum goſſypio matrici impone.

Vel fiat ſuffitus ad matricem ex ſeq. ℞ C
myrrh. ℥ ß. cinamom. galban. caſtor. ana ʒ ß. opopanac. ellebor. nigr. ana ʒj ß. conficiantur cum felle vaccino, proiiciatur ex illa mixtura pars aliqua ſuper carbones.

Inungatur ſimul venter ſeq. linimẽto:

℞ ol.

A ♃ ol. lin. ℥ j ß pingued. gallin. anſer. ana ʒ ß. caſtor. ℈ij. fiat linimentum.

Vel ingrediatur balneum paratum ex ſeq. ℞ Radic. ariſtoloch. rot. cyclamin. ellebor. alb. ana ℥ j. herb. artemiſ. puleg. calaminth. althæ, ſabin. chamęm. malu. ana M j. Trita omnia & mixta in ſacculũ coniiciantur, & in aq. decoquantur pro balneo. Dum in balneo ſedet pulu. folior. dictamn. cretic. obulum cum aq. appro-
B priatis ſumat.

Quod ſi nec ſic fœtus extinctus propelli poſſit, chirurgus illum inſtrumentis aptis extrahere ſtudeat.

Si vteri rima non ſatis patet, nec emollientibus & laxantibus medicamentis dilatari poteſt, ſectione vel nummo in acutiem redacto diducatur.

Si ob alia vteri vitia mulier parere non
C poſſit, ſiue ob inflammationem, vlcus, œdema, duritiem, aut quippiam ſimile, illis affectibus occurrendum, vt alibi docetur.

Si ob carnem collo vteri innatam aut tunicam obſtruentem pariendi difficultas eueniat, ſicut non perforatis mulieribus

busaccidit; quodcunque impedimento A
fuerit amputandum. Et ſi morbus aliquis particulas vicinas obſederit, huic etiam proſpiciendum.

Si coccyx non ſatis retrocedat, linimẽtis pinguibus illa pars inungenda.

CAP. VI.

De Secundinarum retentione.

POſt partum plerunque ſequentes affectus puerperis quibuſdã euenire ſolent: Secundinarum retentio, purgatio B
poſt partum retenta, vel exuperans nimis, dolores ſeu tormina poſt partum, febres, animi deliquium, alui obſtructio, vrinæ incontinentia aut ſuppreſſio, hæmorrhoides, genitalium ſcabies & pruritus, genitalium ruptura, vteri vulnera & vlcera, vteri procidentia, & mammillarũ C
lactisque vitia. Varia alia ſymptomata & vitia puerperis euenire poſſunt. Hęc tamen quæ iam ſunt enumerata ſunt præcipua. Secundina in naturali partu, excuſſo fœtu, per ſe abſque adiumento nõnunquam prodire ſolet, nonnunquam etiam

A etiam contingit, vt fœtu in lucem edito, ipſa præter naturam detineatur, & putrefacta matri nouum periculum creet. Detinetur autem propterea, vel quod fundo vteri nimis firmiter adhuc connexa ſit, vt in partu aliquantum adhuc immaturo: vel licet ſeiuncta fuerit, tamen circa aliquam vteri partem inuoluta ſit: vel propterea, quod vteri os clauſum ſit, ita vt foras prodire non valeat.

B Horrenda & lethalia excitat ſymptomata, ſi diu præter naturam retineatur, & non minora, quàm à fœtu mortuo oboriri ſolent. Pernicioſi enim inde eleuantur, & putridi ac noxii vapores principalia viſcera ferientes, præſertim ęſtate.

Enitendum igitur omni ope, vt ſecundina eiiciatur ſeq. modo. Puerpera cum enixa eſt puellum vel puellam, nō ſtatim obſtetrix vmbilicum infantis à ſecundina

C dum intus adhuc retinetur ſecabit, ſed fœtus tamdiu coniunctus ſecundinæ maneat dum ſecundina ſatis prodeat, & à ligamentis ſuis ſeparata ſit, vt Hippocrat. de ſuperfœtatione docet, inquiens: Cæterum ſi ſecundinæ haud facilè exciderint,

Digitized by Google

rint,ſinendæ ſunt, maximè ad fœtum ap- A
pendere: curandum eſt potius vt abſque
violentia vlla trahantur paulatim, tum a-
liis modis, tum maximè ſi in ſella ventri
exonerando deſtinata, ſedere iubeatur,
quò pendens fœtus grauitate ſua ſecun-
das ſecum afferat. Atque vt hoc fiat, ſen-
ſim ventrem inungi vel fomentari liquo-
re parum calido & ſternutamenta exci-
tari imperat. Cum autem ſecundina hoc B
modo extracta, ligamentis ſuis adhuc fir-
miter adhæreat vtero, & timor ſit, ſi fœtus
vmbilicus non reſecatur, eum periclitari
aut morboſum euadere, vmbilicum reſe-
care opus erit, & ipſius caudicem femori
parturientis arctè alligare, quò minus fu-
gere, ac in fundum commeare poſſit ſe-
cundina. Notandum hic, vmbilici vaſa ſi
mucore plena apparuerint, citius reſecare C
vmbilicum oportebit. Hanc cautelam
admodum neceſſariam cū noſtrates ob-
ſtetrices non obſeruent, dum ſecundinas
violenter extrahunt, multas puerperas
internecioni tradunt, vel in aliud graue
periculum præcipitant, quæ aliàs, ſi periti
Medici inſtitutio accederet, conſeruari
poſſent.

A Caueant igitur quibus vxores ſuæ carę ſunt, ne ignaras & rudes obſtetrices admittant, vel illas impellant vt prius à peritis Medicis erudiantur, quomodo in obſtetricatione ſe gerere debeant. Primò ſternutationes concitentur & odores fœtidi, naribus admoueantur, ſuper ventrē manu vehementer poſita vterus inferius B ducatur. Oportet inſuper propinari aqua bryonię cum aq. cinamom. & croco.

Vel ſeq. pulu. ℞ Trochiſc. de myrrh. ʒj. rubiæ ʒß. croc. caſtor. ana ℈j. fiat puluis, detur in vino vel aq. conuenienti.

Prodeſt & hic puluis qui recipit rad. dictamn. alb. ʒß. (præcipua enim vis ineſt dictamno in deiiciendis ſecundinis) cinamom. ℈j. ſem. violar. ℈ß. raſur. dactylor. C gr. vj. fiat puluis, detur in vino.

Rulandus cum poſt fœtus editionem ſecũdina in vtero maneret, exhibuit mulieri ol. ligni iuniper. gutt. 30. ſicque eam reſtituit.

Ad tollendas ſecundinas myrrha in aq. cinamom. detur. Multi commendant neruum, qui in halece reperitur, in iure piſorum ſumtum.

Equi

Equi caſtrati teſticulorum fruſtulatim A conciſorum & in furno ſiccatorum pollen ad ſecundas pellendas è iure bibendus datur, quantum tribus digitis capitur, idque ſi opus ſit, bis aut ter repetitur. Præſentiſſimum eſſe remedium & plurimis iam deploratis profuiſſe Geſnerus & Horatius Augenius affirmant.

Refert Foreſtus de obſtetrice quadam, q̃ à Iudæo Medico, cui primo famula in- B ſeruiit, accepit ſequens ſecretum ad ſecũdinam eiiciendam: ſumſit folia leuiſtici, viridia contudit & ſuccum expreſſit cum vino optimo Rhenano, eiusque cyathum vnum propinauit.

Philippus à VVambeke Medicum ſe quondam Herfordiæ profeſſus ad ſecundinam excutiendam ſeq. medicinã machinabatur. Iubebat puerperam cœpam dentibus comprimere, ſuccumque eius deglutire, idque ter quaterque dentibus C in cœpam adactis ſuccoque ſemper elicito deglutito, repetere, poſtea vini calidi cyathum ſuperbibere, ſicque multas liberabat. Quod experimentum Crato quoque in conſiliis ſuis approbare videtur,

A ſcribens: Ad tollendas ſecundinas; ſtatim à partu cœpam maſticet & ſternutet.

Quidam ad ſecundinam depellendã capiunt fimum equinum, quem puppæ incluſum in vino macerant, expreſſum cum vino inſciis puerperis propinat, ſicque plurimas à ſecundina liberant.

Secundina ouis vel capræ in furno areſacta, pulueriſata & in vino ſumta, indu-B biè ſecundinam propellit.

Ventriculus quappæ piſcis cum ſuis appendicibus exiccatus pulueriſatus eiusque pulueris ℈ij. vel ʒj. in vino data ſecundinas mirificè eiicit, vt Encelius teſtatur.

Extrinſecus quæ adhiberi poſſent medicamenta, multa aggerari poſſent, inter quæ præcipua ſequentia ſunt.

Primò ſternutamenta moueantur ex C pipere, helleboro albo, & aliis.

Deinde ſuffitus ex calendulæ floribus fiat, qui per infundibulum ad pudendum muliebre mittatur, hic enim ſecũdas morantes facilè euocat, vt Mizaldus author eſt.

Vel ex calceorum ſoleis detritis, ſuffitus excitatus, ad vterum ducatur.

Sym.

Sym Campegius comprobat, ſi ſecundina retineatur, eam propelli cum fimi accipitris ℈j. propinetur, vel ʒj. eiuſdem in peſſi forma ſupponatur. A

Mercurialis laudat ſeq. ſuffumigium: ℞ Myrrh. ℥ ß. cinamom. galban. caſtor. ana ʒß. opopanac. ℈iv. hellebor. nigr. ℈ij. cum melle conficiantur paſtilli, qui ponãtur ſupra carbones.

Cataplaſma ſeq. quoque ſuper vmbilicum poni poteſt: ♃ Lupinor. abſynth. elater. ana obolum vnum ſagapen. myrrh. ana ℈xij. rutæ tantundem, fiat puluis, qui cum felle taurino contemperatur ad formam cataplaſmatis. B

Vuluæ regio etiam commodè inungitur intus & extra ſeq. linimento, quò eo citius ſoluatur: ℞ ol. amygd. dulc. lilior. cheir. pingued. anat. gallin. porcin. butyr. recent. ana ℥ ß. fiat linimentum. C

Si his ſecundina nondum euocetur, encatiſmis vtendum eſt ex decoct. artemiſ. irid. ſabin. calaminth. malu. puleg & ſimil. vt vteri oſculo ac partibus etiam vicinis mollioribus factis, ſecundæ facilius ſeparentur.

A Accidit ſæpe vt nullis medicamentis ſecundina cedat, cum ita firmiter vtero affixa eſt, tum immittenda in vterũ ſunt medicamenta ſuppurantia, in quibus tamen maxima cautela adhibenda eſt, admiſcendo ſæpe iis detergentia, quæ id q; putrefactum eſt, eliminent. Ad hoc valebit (teſte Rondeletio) vnguentum baſilicum, præſertim ſi diſſoluatur in decocto

B ſeq.

℞ Rad. malu. cum herb. Miij. rad. ariſtoloch. long. & rotund. ana ʒ vj. ſem. lini fœnugræc. ana ℥ ß. herb. violar. M j. flor. chamęm. & centaur. min. ana M ß. fiat decoctum in aq. admiſcendo ſi magna ſuppuratione opus eſt, aliquid olei, ſi verò maiori deterſione particula vnguent. Ægyptiac. immiſceri poteſt.

Dum externa adhibentur, potio ſeq.

C quoque dari poteſt. ℞ Sabin. artemiſ. an. Mj. coq. in aq. in ℔ ß. ſi febris adſit, ſi verò ſine febre eſt in vino cum cinam. ʒjß. decoctum fieri poteſt.

Sumat quoque interdum hunc puluerem: ℞ Rad. dictamn. alb. ℈j. ſemin. violar. raſur. dactylor. ana ℈ ß. fiat puluis, detur in vino vel aq. appropriatis.

Quod

Quod ſi eo deſperationis deuenerit, A
vt ſuffocari laborans videatur, ad peſſaria deueniendum eſt quæ efficaciſſima ſunt, qualia conficiuntur ex decoct. cucumer. ſylueſtr. cum oleo irino aut ſucco eiuſdē cucumeris & puluere ariſtolochiæ, elleboro & colocynthide æquis portionibus, addito fellis tauri modico.

CAP. VII. B

De purgatione post partum.

CVM purgatio poſt partum duplici modo periculum mulieribus inferre poſſit, vno modo, ſi non procedat, aut diminutè fiat, altero ſi nimium effluat ſanguis, non etiam hic intacta relinquenda eſt. Cum autem lochiorum purgatio diminuta ex ſuppreſſione menſium, ſuperflua verò ex menſium profluuio addiſci C
poſſit, breuitati hic ſtudēdum, & tantum de hac aſſuendum quantum ordinis ratio efflagitat.

Purgatio poſt partum naturalis, eſt effluxus ſanguinis per vterum neceſſarius, per dies aliquot perſeuerans, abundanti-

A uſque quàm menſtruus fluxus fluens. Hęc verò purgatio ſi non fiat, aut diminutè morbis grauiſſimis, ſyncopi, febribus, dolori colico, conuulſionibus, aliisq; occaſionem præbet. Si verò eadem hæc purgatio nimis exuperet, cor & hepar valde debilitat, eademque ſymptomata, quæ menſium redundantiam comitari ſolent, excitat.

B Purgatio exuperans cum grauius malum mulieribus minetur quam purgatio diminuta hęcque etiam eaſdem cauſas & curationem cum menſium defectu ſortiatur, hic ſuperfluam purgationem tantum percurremus.

Eſt autem purgatio poſt partum nimia ſanguinis aliorumque ſuperuacuorum humorum, tempore conceptus retentorum, ex vtero effluxus nimius, à continui

C ſolutione proueniens.

Purgatio hæc cum iuxta quantitatem neque temporis durationem in omnibus, ob diuerſitatem naturarum & vitę genus varium, æſtimari non poſſit, ſciendum tū purgationem eam cenſeri immoderatam cum vires proſternit, cuius ſignum eſt pulſus

pulſus debilis & frequens, cibi faſtidium, A
conuulſio, & animi deliquium.

Effluit autem ſanguis nimium, cum venę in partu difficili, ob fœtum dum per vteri anguſtias tranſit, vel ob ſecundinæ extractionem aut auulſionem vel impetum læduntur & oſcula earum per anaſtomaſin ſoluuntur, item cum, ob menſtruorum diutinam retentionem, ſanguis in vtero collectus à natura foras propelli- B
tur.

Hic ſanguis ſi immoderatè effluat, nō ſtatim planè ſupprimendus eſt, ſed moderari opus eſt victu, vt carnibus aſſis, potu vt vino rubello, in quo aurum candens ſępe extinctum eſt & iis quę quodammodo firmant laxas vteri partes.

Primò itaque manus ligentur, & digiti filo ſerico rubro, maximè annularis. Sub C
mamillas ponantur cucurbitulæ ſine ſcarificatione.

Si verò incipiant vires proſterni, ſyrup. de roſis rubr. cum aq. roſar. fragor. vel nymph. in qua aurum candens ſæpe extinctum eſt, propinetur, vel ſumat ex ſeq. condito, prę ſertim ſi incidat in ſyncopen.

A Parentur iuſcula ex aqua roſacea pura & vitellis ouorum. Lac item amygdalarũ ex aqua chalybeata & manibus Chriſti perlatis detur.

℞ quoque conſeru. roſar. antiq. ℥ j. diacydon. ſine ſpecieb. ℥ ß. fragmentor. lapid. pretioſ. ℈ ij. corall. rubr. ʒ j. manus Chriſti cum perlis ℥ ß. corn. ceru. vſt. ℈ ij. trochiſc. de carab. ʒ j. ſem. anthor. ℈ j. ſyr.

B de ribes cydonior. menthæ ana q. ſ. fiat conditum.

Adhiberi quoque poteſt ventri emplaſtrum è tormentilla & radice fragariæ factum.

Regio pubis peritonæi renumque oblinatur calidè ſeq. vnguento: ℞ vnguenti Comitiſſ. ℥ jß. ol. myrtill. cydon. roſar. an. ʒ vj. bol. armen. ſangu. drac. an. ʒ j. balauſt.

C ʒ ß. acet. roſac. parum, fiat vnguentum.

Per ſellam perforatam ſeq. ſuffitũ excipiat: ℞ thur. maſtich. ana ʒ ij. gumm. tragacanth. ℈ iv. vngulæ equi ℥ j. Miſceãtur, fiatque puluis, cuius portio ſuper carbones proiiciatur.

Reliqua reuocentur ex capite de mẽſium profluuio.

Cap.

CAP. VIII. A

De torminibus poſt partum.

MAtrix, inquit Erotis, poſt partũ propter ſubitam euacuationem tanquã fera ſylueſtris vagando huc illuc declinat, vnde vehemens efficitur dolor. Cum verò hac ratione dolores hi non ſemper excitari poſſint, ſicque etiam omnes mulieres illis obnoxiæ eſſent, cum plurimæ tamen ab his immunes ſint, non inutile erit hic vberius, vnde oriantur, inquirere. B

Primum verò notandum, illos hic intelligi dolores qui poſt partum in ventre inferiore, & à renibus in laterum mollitudine & inguinibus puerperis ſuccreſcunt, & diebus aliquot per interualla excruciant. Dolor hic vel eſt diſtendens, vel inflammans.

Diſtendens poſt partum dolor, non in C pudendis, ſed circa imum ventrem potiſſimum, diſtendendo aliquot horis, vel etiam diebus, puerperas excruciat. Oritur potiſſimum inde, cum poſt partum dum vteri internum orificium adhuc amplum & apertum, aër externus in vterum

A rum debilitatum inſinuans eumque implens, vel refrigerando, vel diſtendendo, vel alio modo dolorem in illo excitat. Præterea fit hic dolor, vt Mercatus putat, ob ſanguinis, qui expurgatur, concretionem & craſſitiem, dicit enim experientia conſtare, dolores ingraueſcere, ſi diu ſanguis ſubſiſtat & retineatur, minui autem aliquantum, cum ſanguis incipit profluere, ceſſare verò ad tempus excreto ſan-
B guine, donec iterum natura plus expellere nitatur. Neque verò tantum ſanguinis copia hos dolores inducere poteſt, ſed etiam eius qualitas aduerſa.

Inflammans dolor eſt, qui cum inflammatione vteri eſt coniunctus. Ex partus difficultate verò ob ſummum dolorē & conatum, vterus frequentius inflammatur, tuncque vel fœtu aut ſecundina remanente, aut hiſce excluſis, ob ſubortam
C inflammationem, dolor & febris vrgent: cauſaque hæc non minima eſt, quod puerperæ vel in partu, vel poſt eum adeò dolent & periclitantur, cum ſecundinę ſolius retentio, hoc tam ſubitò minimè faceret, ſicuti hæc quæ ſequitur inflammatio,

tio, illas afficit,& præcipua mortis cauſa A exiſtit: niſi hoc ob largam ſanguinis profuſionem,in partu, extra vterum vel in illum factam,accidat.

Signa cum per ſe perſpicua ſint,non opus eſt ea hic pertexere,ſed potius ſtatim quomodo illis doloribus ſæuiſſimis placida Æſculapii manus apponenda ſit, indicare.

Mulier à partu circa inferiora bene muniatur, faſciaque venter illius ſenſim B leuiterque, vt vterus rurſum ſubſideat, ſtringatur. Quod ſi dolores hoc modo non mitigantur, propinari poteſt ſeq. hauſtus: ℞ ol amygd. dulc. rec. fact. ℥ ij ß. ſyr. violac. ℥ j ß. Miſceantur.

In Italia mulieres à partu ſtatim ſumunt ol. amygd. dulc. recenter expreſſ. ℥ iv. ſicque ſtatim ſe à dolore liberant. Quidam huic oleo ſaccharum admiſcētes id ſuauius reddunt. Oleum enim hoc C dolores mitigando irritat purgationes ſopitas.

Foreſtus decoctum flor. chamæm. in ceruiſia, vel decoctum flor. chamæm. & artemiſ. cum iure pulli propinauit felici ſucceſſu.

A ſucceſſu. Perſeuerantibus doloribus ficus pingues melle coctas mulierem comedi vult Alexius Pedemontanus.

Si purgatio poſt partum non ſatis ſubſequatur, ſeq. potio præparetur, quæ ſanguinem ſimul attenuat: ℞ rad. pæon. ʒiij. rad. gentian. ʒj. ſchœnanthi ʒ ij flor. chamæm. artemiſ. ana M ß. ſemin. dauc. ʒiij. croc. ℈j. fiat decoctio in vino, in fine addend. aq. artemiſ.

B Vel ℞ lauend. ℥ ß. bulliat vnico feruore in vino. Bibat de hoc hauſtum vnum vel alterum.

Vel in forma pulueris: ℞ nucl. dactyl. perſicorum perſicor. ana ʒj ß nuc. moſch. ℈iv. pulu diamarg. cal. ʒij. aniſ. condit. ʒj. cinam. ℈ij. croc. ℈ ß. ſacchari ad pondus omnium, fiat puluis ſubtiliſſimus, cuius dentur ʒ ij. cum vino bis aut ter in die, ſi vrgeant dolores.

C Vel ex minus compoſitis hic eſt non minus inefficax.

℞ Nuc. moſchat. cinam. aniſ. cortic. caſſ. fiſtul. an. ℈j. ſacchari ʒj ß. Fiat puluis, detur ʒ j. vel plus in vino, hoc puluere etiã cibus condiri poteſt.

Cæterum

Cæterum ſi cum animi deliquio tor- A
mina eueniant,ſpec.diamargariton. cum diacymin. permiſceri poſſunt.

Cinamomum cum corticibus citri & adiantho ſi febris adiungitur commodè in aqua coquitur.

Præſtat mox à partu ius galli veteris tribus diebus ſummo mane ieiuno ſtomacho porrigere cum modico cinamomi & croci.

B

Præter interna medicamenta,externa quoque dolores ſedant vt coq roſmarinus & ventri imponatur calide, vel muniatur venter pelle agnina vel arietina, cū adhuc calet & recens detracta eſt.

Fiat etiam fomentatio ex decocto chamæmel.artemiſ.& origan.

Vel ſequens emplaſtrum ſuper ventrē ponatur: Cape tres vel quatuor cæpas bene coctas in aqua, eas in mortario cōminue,adde cumini contuſi ſem.lini an.Mj. C
chamomillæ flores contuſos tantundem & farinæ hordei quantum ſatis eſt, vt puls fiat,& ſi materia id requirit , adde parum aquæ, in qua cæpæ incoctæ ſint. Extendatur ſuper linteum, & vmbilico applicetur.

Quod

A Quod ſi ſic etiam dolor non remittat; ſumito fel tauri (vnum vel plura) occiſi menſe Majo, idque exiccato ad conſiſtẽtiam mellis, poſtea adde parum olei nucũ vel amygdalar. amararum fiatque emplaſtrum , cuius particula extenſa in corio vmbilico imponatur.

Botryn herbam recentem vna cum parthenio & anthemidis floribus puerpe-
B rarum cruciatibus maximopere auxiliari Matthiolus teſtatur, præſertim vbi ſimul omnia conciſa in oleo lilior. in patella parumper coquantur, & deinde ouis gallinaceis excipiantur, & ſimul miſceantur, coquanturque quouſque placentę formã referant, & calida ventri ſuperponantur.

C Cum dolores ab inflammatione oriũtur, ea cura adhibenda quæ in aliis inflammationibus inſtituitur : ab initio vena brachii reuulſionis cauſa aperienda eſt, vel cucurbitulæ ſuperioribus partibus cũ vel ſine ſcarificatione affigendæ. Purgantia non ſunt adhibenda, ne ad affectam partem magis trahant. Conueniunt eorũ loco lenientia: vt pruna, ſyrup. violaceus, vel

vel hoc infuſum: ℞ Rhabarb. ʒ j ß. mace- A
retur in aq. endiu. fiat expreſſio, add. ſyr.
roſar. ſolut. cum infuſ. fol. ſen. ℥ j. Fiat hau-
ſtus purgans.

Alterantia quæ per os dantur ſunt ſyr.
acetoſ. citri de berber. rob. rib. cũ aq. en-
diu. roſar. plantag. acetoſ.

Extrinſecus ſeq. linimentum adhibea-
tur: ℞ ol. lilior. chamæmel. viol. roſar. an.
ʒ ij. pulu. matricar. ℈ i j. adip. anſer. muci- B
lag. ſem. althæ, an. ʒ i j. ceræ parum, fiat li-
nimentum.

Si vehementiſſimus cruciatus ſit, in v-
terum proiice lactis caprin. vel ouill. ℥. i v.
cum opii gr. 3. & camphor. gr. 2.

Atqui hi ſunt præcipui poſt partum
puerperas inuadentes affectus; reliqui cũ
partim in pathologia generali partim ali- C
bi exponantur, ad conuenientiorem lo-
cum reſeruandi ſunt, exceptis mamilla-
rum affectibus, & lactationis vitiis, quo-
rum hic quoque nonnulla attin-
gere non abſonum
erit.

A

Cap. IX.

De Mamillarum affectibus.

CVm puerperæ poſt partum inflammationem mamillarum & papillarũ fiſſuras ſępe patiantur, conuenit de iis vitiis quoque agere. Lac redundans in mamillarum ductibus, copia ſua vaſa mamillarum diſtendendo, mamillas ſimul eleuat & inflammationi occaſionem prębet.
B
Non autem lac redundans per ſe hanc inflammationem excitare poſſet, ſi non ob dolorem, qui ex diſtentione oritur, natura quaſi ſuppetias ferendo ſanguinem & ſpiritus ſimul illic tranſmitteret.

Redundantia autem lactis emergit ex lacte genito in mamillis retento & collecto, quod plerunque poſt partum lactationis tempore, cum mulieres vti multæ ſolent infantem non lactant, illis euenit: vel cum infans lac exſugere nequit, ob copiam, nouo ſemper lacte ſuccedente ſeq; cumulante, idem ſolet accidere. Præterea cũ lac ex ſanguine progeneretur, quo ille copioſior liberumque aditum ad mamillas habeat, lac quoque copioſius naſcetur.
C

Signa

Signa huius inflammationis cum facilè internoſci poſſint, ea hic longius pertexere ſuperuacaneum erit. Illud ſaltem annotandum, hanc inflammationem ſiue ex ſanguinis copia, ſiue ex lacte redundãte originem traxerit, non eſſe ſpernendã, ſed ſatis maturè manum medicam illi apponendam, ne in ſcirrhoſum tumorẽ aut in vlcus vergat. A

Iuuant in principio ſi vires conſtent venę ſectio, cucurbitularum applicationes, frictiones & purgantia quę blandè purgant, quorum formulæ aliquot in pręcedentibus capitibus delineatæ ſunt, itẽ victus tenuis admiſcendo ei quæ lac aliquantum imminuunt, vti eſt agnus caſtus & ſemen rutæ. Alteratur corpus medicamentis frigidis, qualia in febribus pręſcribi ſolent. B

Altimarus ex Ætii ſententia putat, à mulieribus ſi mammæ puerperarum leuiter exſugantur, inflammationem facilius ſubſidere. Soranus contrarium ſtatuit aſſerendo, ſuctione illa plus materiæ attrahi, & ſic dolorem ingeminari. Illud tamen certum eſt, cum mamillæ lacte tur- C

A gent ſi leni aliqua ſuctione aliquid lactis ex illis prolicitur, facilius inflammationẽ puerperæ ferunt, inflammationem quoque per eam magis prohiberi, quam irritari.

Repellitur quoque ſanguis influens topicis quæ reprimunt & repellunt: non tamen nimis validè, vt lintea madefacta in aq. roſar. & vino albo mam̃mis appoſita.

B Vel ℞ aq. plantag. ℥. v. ſambuc. ℥iij. vini ℥ j ß. Miſceantur.

Applicentur quoque emplaſtra repellentia defenſiua dicta ex bolo parata, quale ſequens eſt: ♃ boli pulueriſat. quantum vis, ſubige eum cum aceto roſaceo & albumine oui conquaſſato, fiatque emplaſtrum.

Vel cum dolor infeſtat ℞ bol. ℥ ijß. ſangu. drac. ʒvj. lapid. hæmat. ʒij. vitell. oui vnius, coquantur in lacte ad pultis conſiſtentiam, ponatur ſuper ſedem læſam.

C

In incremento ſequens puls mammis admoueatur: ♃ rad. althæ ℥ j ß. herb. malu. cum rad. M ij. menth. flor. chamæ. ana M j. coquantur in lacte, ad pultis formam.

Plantago

Plantago coquatur cum melle,& calidè mamillis apponatur. A

Ammoniacum tritum cum aq. plantag. commodè mamillis illinitur,& foliũ braſſicæ calfactum ſuperimponitur.

Vel mel & butyrum accipe in æquali portione,& emplaſtri modo mammis appone.

Gerhardus Baumannus quondam Bremenſium Poliatrus & Practicus celebris B ſeq. fomento & vnguento feliciter vti ſolebat. ♃ vin. alb. ℔ ij ß. aq. ℔ ij. acet. vin. ℥iij. plantag. menth. abſynth. ana M j. fl. nymphæ, ſemper viu. maj. ſem. acetoſę ana ʒ ij. bulliant ad tertiæ partis conſumtionem, poſtea add. ſucc. plantag. ℥ij. In hoc decocto madefiant lintea quæ tepidè mammis imponantur. Poſtea inunguntur hoc linimento: ℞ vnguent. popul. ol. roſac. lini ana ℥ j. miſceantur. C

Vel ♃ rad. althę ℥ij. herb. malu. violar. ana M j. coq. in ſ. q. aq. colaturæ admiſce farinæ hordei ℥ iv. butyr. recent. ℥ij. croc. ℈j. miſce.

Vel ♃ farin. fabac. partes duas pulu. menth partem vnam, ſubige cum butyro recenti,& mamillis appone.

A Vel ℞ farin. hord. fabar. ſemin. fœnogræc. an. P. ij. coq. in vino & aqua, addito butyro miſce pro cataplaſmate.

Vel ſeq. emplaſtrum ℞ coagul. hæd. ℥vj. ſtorac. liquid. ℥j. abſynth. ʒj ß. cumin. ſem. aneth. an. Mj. aniſ. P. j. flor. chamæm. aneth. ana M iij. farin. hordei ℥ ij ß. ol. de abſynth. pingued. anat. ana ℥ j ß. croc. ℈j. miſceantur, fiatque emplaſtrum.

B Fol. helenii proſunt contuſa, cum pinguedine capi gallinacei impoſita.

Vel ℞ mell. ℥ ij. vitellor. ouor. Nu. 4. ſucco apii ℥ ij. farin. hord. fœnogręc. an. ℥ ij. fiat emplaſtrum.

Cancri fluuiatiles triti crudi & tumentibus mammis illiti, mirificè proſunt.

Paracelſus commendat apium cum braſſica capitata decoctum & mammis

C appoſitum.

Quod ſi inflammationem durities ſequitur, caules braſſicæ, fabarum farina & mentha, cum aqua in qua prius malua decocta, redigantur in emplaſtrum.

Si his non diſcutiatur & ad ſuppurationem tendat, tunc erit iuuanda ſuppuratio,

puratio, vt in practicorum libris paſſim A
docetur.

Cum papillæ mamillarum ſæpe puerperis findantur, vt præ ingenti dolore infantes ſugere non permittant aut ferre poſſint, corollarii loco pauca de fiſſurarum curatione quoque adiicienda ſunt. Cauſas habent eaſdem cum aliis fiſſuris, videlicet bilioſos, ſeroſos, acres humores. B

Foreſtus commendat oleum lilior. in quo puluis tutiæ immixtus ſit, illa mixtura papillas inungi, inſpergi dein puluerem tutiæ, & ne camiſię adhæreant folium violaceum viride ſuperimponi iubet.

Amatus Luſitanus ſeq. approbat: ℞ Vnguent. popul. vnguent. de plumb. ana ℥j. opii Thebaic. gr. v. miſceantur pro C
vnguento quo inungi vult papillas, & cum lactare vult infantem vino prius ablui.

Vel ℞ bol. armen. myrrh. ceruſſ. ana cum axungia anatis fiat vnguentum.

Vel ℞ vitellor. ouor. Num. 2. ceræ, tutiæ præpar. olei roſat. ana parum, miſcean-

A tur & liquefiant ad ignem, & fiat vnguen-
tum. Antequam hoc vnguento puerpe-
ræ papillas inungant, oportet vt prius eas
vino albo in quo decocta fuerint folia ro-
ſarum plantaginis lauentur: deinde cum
bene ſiccata ſint ſuper linteum vnguen-
tum extendatur & applicetur.

Ex cancris viuis contuſis, coagulo vitu-
lino, cum flore lactis inuicē coctis & for-
titer expreſſis, linimentum fit prȩſtantiſ-
B ſimum.

Gluten ſeu colla quæ ex coctione co-
rii fruſtulatim inciſa fit, ſanat papillarum
fiſſuras: ſicuti & pinguedo inde collecta.

Aparines ſuccum papillarum fiſſuras
peculiariter emendare, multi aſſerunt.

Vel præparetur ſeq. vnguentum: ℞ ol.
liliior. albor. ſeſamin. amygd. dulc. an. ℥ i v.
axungiȩ taxi ceræ albæ ana ℥ i j. Miſcean-
C tur, fiatque vnguentum.

Cap. X.

De Lactationis defectu.

Lactationis defectus eſt, cum lac o-
mnino deficit, vel cum non iuſta eius
quantitas

quantitas exiſtit. Idque fit, quia aut ſanguis, qui lacti materiam præbet, in toto corpore deficit, aut ad mammarum venas non peruenit, aut ex papillis egredi haud valet. A

Defectus ſanguinis fit vel propter totius corporis atrophiam & extenuationẽ, quæ frequenter accidit, cum grauidæ mulieres ob faſtidium cibi parcè vixerunt, vel cibos non bene nutrientes ob picam, dum vterum geſſerunt, comederunt, vel cum mulieres morbo diuturno acutovè conſumtæ ſunt, vel ſi poſt partum immoderatius purgatæ ſint: aut illis menſes lactationis tempore copioſè fluãt: vel quod cibum & potum non ſufficienti quantitate aſſumat puerpera. B

Ad mammas non peruenit ſanguis vel quia vitioſus impurus & craſſus exiſtit, qui cum præ craſſitie mamillarum venas tunc peruadere nequeant, non ex eo lac generari poteſt: vel quod venæ mamillarum ob tumorem durum aut alio modo obturatæ ſint. C

E papillis egredi haud poteſt lac, cum papillę nõ perforatæ ſunt, vel cum ob pa-

A pillarum fiſſuras & dolores labiorum infantis firmam conſtrictionem, dum ſugere volunt, in illis puerperæ ferre nequeunt, vel ſi ob defectum papillarum capita mamillarum apprehendi haud poſſunt.

Defectus ſanguinis internoſcitur, ſi euacuationes præceſſerint, quemadmodũ & ex prægreſſis magnis laboribus, vigiliis, fame, mœrore, aut ſi acutus vel chronicus B morbus corpus exiccauerit. Si verò propterea, quod ſanguis qualitate peccet, ex lactis colore & ſubſtantia diſtinguitur. Si autem hæc non adſint, & mamillæ aridæ macilentæ & graciles appareant ob propriam earum imbecillitatem lactationis defectum prouenire coniectandum eſt.

Si ob ſanguinis defectum lactatio impedita ſit, optimè nutrienda eſt mulier. Si ob illius cacochymiam, purganda decen- C ter. Si ob ſanguinis craſſitiem, is attenuandus. Si mamillarum aut papillarum vitio, hæc prius emendanda. Hic tantum ea quę proprietate quadam lac gignere, atque ſanguinem calore ſuo attenuando, fluidumque reddendo, & ad mamillas deriuando, lactique ſic materiam ſubminiſtrando,

niſtrando, lac augere dicuntur, deſcri- A
benda.

Exhibentur autem commodè eo nomine inter alimenta lac, oua, vbera, animalium lactantium carnes, gallinaceorũ item, caponum, turdorũ, perdicum, paſſerum, quemadmodum & carnes vitulinæ, veruecinæ, agninæ. Ex piſcibus præſtant lucii, percæ, carpionæ, troctæ, barbuli, & id genus alii. Ex fructibus vuæ paſ- B
ſæ, amygdalæ dulces.

Puls ex ouis, vino, butyro & ſaccharo, vnicè prouentum lactis facit.

Ex pulpis caponum cum lacte, amygdalis, ſaccharo & tritici polline, fit cibarium album lac copioſum generans.

Hordeum item excorticatum comminutum, in lacte decoctum, miraculi inſtar lac ad mammas euocat.

Oryza cum lacte decocta, non minus C
lac auget, quemadmodum & cicerũ decoctum.

Triticum integrum aliquæ mulieres in lacte coquunt, extrahunt mucilaginẽ, quã pro ferculo lac copioſum progignẽte conſeruant.

In

A In iuſculis coquantur braſſica, ſummitates fœnicul. & ſem. aniſ. ac rad. paſtinac. domeſticæ.

Paſtinaca ſatiua aſſa ſub cineribus valde lac auget.

Braſſica quoque per ſe cocta & longo pipere aſperſa, vnaque cum iure ſumta, nutricibus lactis vbertatem præſtat.

Folia fœniculi viridia ſi coquantur in
B vino, lacte, vel aqua, & colatum ius in prãdio, cœna & aliis temporibus, pro potu ordinario hauriatur, ſupra modum vbera lacte plurimo fœcundat.

Laudatur & ſequens decoctum: ℞ hord. P. j. herb. fœnic. petroſel. an. Mj. coquantur, dulcorentur ſaccharo & bibat.

Vel ℞ hord. P. ij. aniſ. ʒiij. paſſular. ℥ j.
C ficuum, Nu. 8. coquantur in iuſculo carnium pro 3. vicibus.

Lûbricorum decoctum, valde commẽdatur in brodio factum carnium ſimplici, vel in quo fœniculum, hordeum, aliaque incocta ſint.

Vel ℞ lumbricor. Nu. vj. terantur cum duobus gallinarum ouis, coquanturque pauco

pauco fœniculo aut anetho adiecto: huius A
ʒij. cum vino dulci exhibeantur.

Pimpinellam peculiarem vim augendi lac habere adeò, vt ſi herba tantum mamillis apponatur, tanta copia lac intra ſex horas prouenire, vt ſtatim amoueri cogatur, teſtatur Tabernæmontanus.

Paracelſus olei anethini cochlear vnũ in vino calido nutricibus ſumma felicitate propinat, teſtatur inde ſpatio octidui valde vbera lacte impleri. Vult autem o- B
leum ex ſemine prius in aceto macerato poſteaque rurſus in ſole exiccato elici, quemadmodũ ex nucibus & ſemin. Papaueris oleum fit.

Cryſtallinus lapis in tenuiſſimum pollinem deductus & ex iuſculo quopiã aut vino mulieri lactanti drachmæ pondere exhibitus à multis laudatur.

Vel ℞ ſem. aniſ. ſeſeleos ana ʒ ß. cryſtall. ℈j. cum ſaccharo & vino albo fiat po- C
tio, quam duabus vicibus ſumat.

Mammis ad ſanguinis attractationem varia adhibentur.

Mentha contuſa mammis calidè appoſita lac allicit.

Vel

A Vel fiat hoc emplaſtrum: ℞ fol. pimpinel. fœnic. menthæ recentium an. M j. coquantur & contundantur, adde farinæ hordei P. j. ſtorac. calam. ʒij. ſemin. nigell. ʒj. ol. lilior. ℥ij. fiat cataplaſma.

Sugere ſæpe mamillas, vel ex illis lac mulgere, vt promptius lactatio procedat efficit.

Cucurbitulæ pectori ſupra vbera quo-
B que admoueri poſſunt.

Si quoque ob breuitatem vel abſentiam papillarum ſuctio fieri nequeat, vide Amatum centur. 5. curat. 31. de papillis ſiue mammarum capitulis elongandis.

Reſtaret nunc dicere de lactis abundantia, ſed cum matronæ hanc per ſe pluries emendare poſſint, vt Medicus propterea non accerſatur, & vnum contrarium ex altero innoteſcat, non opus vide-
C tur de ea multa dicere, ſed tantum pro rudibus & imperitis vnum vel alterum medicamentum ad lactis redundantiam inſerendum.

Quę mulier velit, vt lac deficiat, illinat mamillas ſucco plantaginis. Is enim certò repellit & exiccat lac.

Fore-

Foreſtus refert de obſtetricibus Delfenſibus, quòd lac exiccent in puerperis panno lineo, oleo raparum intincto, vndique mamillis impoſito: aliumque pannum lineum melle intinctum vel illinitum primo panno ſuperimponendo. A

Roſmarini ſucco mammæ quoq; inungi poſſunt, & mulier comedat roſmarinum.

Vel folia cucurbitæ, & plantaginis, in aceto contuſa imponat. B

CAP. XI.

De Cancro mamillarum.

MAmillarum affectus omnes pertexere quamuis huius inſtituti nõ ſit: placet tamen, cum cancer mamillarũ quandoque poſt partum, aut alioqui alios affectus oboriri ſoleat, de eo nonnulla ex Analectis meis his adiungere. Accidit autẽ is mulieribus magis quam viris & præcipuè illis, quæ amplas & carnoſas mamillas habent, aut quæ cœlibem ſeu monaſticam vitam agunt, aut quæ menſtruas ſuas purgationes non habent. Cancer Græcè C

A καρκῖνος & καρκίνωμα dicitur, vel ex forma ſua rotunda dura in ſuperficie, quam habet cancer marinus, aut propter plenitudinem venarum circumquaque: ſicut pedes cancri ſunt in circuitu corporis eius, huic accedit ſubnigricans color, qui in cancro quoque repræſentatur.

Eſt autem cancer tumor rotundus, durus & inæqualis, venas habens in circuitu B nigras, turgidas, exaltatas, liueſcens ſiue fuſcus dolore & calore quaſi ferientis & candentis acus, per interualla moleſtans, qui poſtea facilè exulceratur, proueniens ab atra bile, vel humore alio maligno occulta vi agente.

Prima cancri iſtiuſmodi rudimenta tã confuſa interdum exiguaque ſunt, vt C multos latere poſſint: vix enim dum adhuc incipit, ciceris aut fabæ magnitudinem acquirit.

Cauſa cancri ſtatuitur atra bilis, vel cũ Platero pernitioſus & malignus quidam humor in corpore vel in venis deliteſcẽs, qui cum vna cum ſanguine ſimiliter infecto à natura ad exteriora propellitur eam corporis partem quam poſſidet inficit, &

cancri

Digitized by Google

cancri occaſionem præbet, partemque A
corporis occulta vi deprauat. Hic humor ſæpe ex ſuppreſſis menſibus aut hæmorrhoidibus, nonnunquam ex febre quartana & ſcorbuto emergit.

Eſt autem cancer vel obſcurus vel exulceratus. Obſcurus dicitur qui ſine vlcere eſt. Vlceratus cum vlcere exiſtit.

Cancer pertinaciter cuti inhæret, nec dimouetur de loco, quemadmodũ glandulæ, videntibus mollis apparet, tangen- B
tibus autem duriſſimus eſt.

Differt cancer nõ vlceratus à ſcirrho, quod dolor & pulſatio ſit in cancro, in ſcirrho verò nullus, vel ſaltem ſcirrhus nõ exquiſitus ad tactum dolet.

A Phlegmone cancer diſtinguitur, quod in cancro venæ circumquaque ſunt nigræ: In Phlegmone verò rubeæ conſpi- C
ciuntur.

Dignoſcitur cancer à flatuoſis tumoribus, ſequenti modo: Si flatuoſus ſit tumor, vniuerſa mamma in tumorem eleuatur, & durities vera non eſt, ſed tenſio tantùm. Cancer verò in vna aliqua parte defixus eſt.

A Cancer exulceratus facile innoteſcit, quoniam ex eo vlcere ſanies putris, fœtida, ſubflaua vel ſubviridis, mox nigricans continuò emanat, caróque inæqualis & corrupta nonnihil apparet, quæ excreſcit & ſtrias vel ſtyrias procul exertas & prominentes vel pendentes profert, cum labiorum vlceris duritie & tumore.

Cancer cùm primùm incipit, & adhuc exiguus eſt, ſi tunc non negligitur B (vti ferè fit, cùm non niſi à peritis Medicis tunc cognoſcatur) ipſius incrementum interdum, ſed raro impediri, ſi adauctus ſit ægerrimè, & ſi confirmatus & inueteratus nunquam curari poteſt, & ſi vlceratus ſit, niſi tunc integer funditus extirpetur, eſt lethalis, licet longo tempore ſæpè perdurare poſſit.

Curari cancer poſſet, ſi antidotum certum aliquod cognitum eſſet, quod pernicioſæ materiei cancri aduerſaretur, C eamque infringere poſſet, quemadmodum talia ad alios pernicioſos morbos dantur, ſed cùm hæc adhuc lateant, vix cancri eradicatio fundamentalis ſperanda eſt, niſi quòd in principio diſcutientia

tia illum interdum abigant, præſertim ſi A
intrinſecus ſimul ſumantur medicamenta ſanguinem expurgantia; in confirmato autem, præſertim ſi vlceratus ſit, cùm non cedat medicamentis, palliatiua cura inſtituenda.

Sanguinis detractio, ſcarificatio, cucurbitularum applicatio, in diſtantiore vel viciniore loco reuellendo & deriuando in plethoricis, præcipuè viribus conſtantibus, dum adhuc creſcit, augmen- B
tum illius aliquo pacto remorari poſſunt, quidam venam ſecare malunt in paruo digito ſiniſtri pedis, præſertim in Autumno. Ad quod & hæmorrhoidum & menſium fluxus, ſi decenter procedant, nonnihil adiumenti adferunt.

Purgatio quoque ab initio locum habere poteſt, non ea ratione, quod ea cancri cauſâ venenata extrahi queat, ſed
cùm illa à putridis humoribus in corpo- C
re ſtabulantibus foueri, & augmentum ſumere poſſit, & quò alia medicamenta felicius operationes ſuas exerceant.

Non debent autem purgantia tantùm

A melancholicis humoribus educendis, ſicuti communiter ab iis, qui atram bilem illius cauſam eſſe cenſent, fit, accommodari; ſed ad omnes ſimul peccantes in corpore humores.

Primò euacuatio poteſt inſtitui ſeq. potione, ſimul humores præparante:

℞. Rad. Cichorij,
Polypodii querc. recent. ana ℥ j.
Rad. Ariſtol. longæ ℥ ß.
B Rad. Fumar. bulboſ. ʒ vj.
Herb. Fumar.
Cardui benedict.
Cochlear. ana M j.
Salviæ,
Fabariæ ana M ß.
Epithymi ℥ ß.

Inciſa coquãtur in aqua. In colaturæ ℥ ix. per noctem macerentur Fol. Senæ ℥ ß.
C Rhabarb. elect. ʒ iij. Rad. Elleb. nigr. ℈ ij. ſem. Aniſ. Carui ana ʒ j. Cinnamom. Galang. ana ʒ ß. Poſtea factâ leni ebullitione colentur, colaturæ immiſceatur Syr. de Epithym. ℥ j. Fiat potiuncula pro duabus doſibus.

Quæ in minori doſi pilulas malunt, ſumant

ſumant Extract. Andernac. ʒ ß. vel Pan- A
chymagog. Crolliani ℈ ij. & inde Pilulas
formet.

Plura purgantia ad horum imitationem fingi poſſunt, & cùm ferè ad nauſeam in aliis affectibus eorum formulæ enarratæ ſint, non neceſſe eſt de nouo hîc repetere.

Cum optima diæta praui humores emendentur, & à natura hac adiuta elimi- B
nentur, ea hîc quoq; ſedulò obſeruanda
eſt. Primò ſit victus concoctu facilis, &
qui bonum ſanguinem generet, vt ſunt
carnes gallinarum, caponis, columbarum, ardæarum, turdorum, ſturion. veruec. vitulin. Inter piſces, ſaxatiles, lucei, percæ, trut. thymal. Vitentur præ omnibus ſalſa & acria, ne eò citius cancer exul-
ceretur. Potus ſit vinum & ceruiſia clara. C

De potione hac bibat manè hauſtum:

℞. Rad. & fol. Plantag.
Fol. Fragar.
Fol. vel ſem. Cannab.
Lapathi acuti,
Pimpinellæ,
Maioranæ,

A Caulium rubr. Tormentill.
Tanacet. ana M. ß.
Card. bened. M j.

Coquantur in vino albo & cum melle deſpumato fiat iucunda potio.

Sumat quoque de ſeq. ſyrup. manè & horis duabus ante cœnam quatuor vel quinque cochlearia: ♃ Cancror. N° x. Herb Robert. agrimon. ſanamund. tormentill. cum rad. ana M j. Polytrich. A-
B dianth. Ceterach. Capill. Ven. Hyperic. Scabioſ. Card. bened. ana M ij. Flor. Bugloſſ. M j. ß. Coq. cum Aq. & ſaccharo ad formam ſyrupi.

Exhibeatur quoque ſæpe magiſterium oculor. cancror. in aq. Perſicar.

Porrigito etiam puluerem, qui conſtat ex viginti cancris combuſtis, fimo bouino pulueriſato item cortice interiore viridi ligni Fraxini pulueriſato. Huius pul-
C ueris manè cum liquore aliquo, qui placebit, bibendum dato: Quando fœmina vſa eſt puluere per aliquot dies, vena ſecetur, & quando omnis puluis abſumtus, venæ ſectio reiteretur, & quidem in ſigno cancri, & ſic Dei gratia conualeſcet.

Com-

Cõmendatur decoctum ex herb. card. A
bened. Pyrol. & heder. terr.

Topica verò quod attinet, dum cancer adhuc integer eſt, ne augeatur, vel vlceretur, reprimendus eſt (in quo Chirurgi indocti cancrum curare volentes, dum tumorem cancroſum emollire vel ſuppurare ſtudent, grauiter delinquunt) quod fit, adhibitis ſiccantibus & adſtringentibus proprietatemque aliquam habentibus, quibus materiæ venenatæ can- B
cri repugnet.

Inprimis in hoc caſu ex herbis probantur Geranium cancroſanum ob id dictum, Polytricum, Agrimonia, Solanum, Lunaria, Perſicaria, Vrtica, Carduus benedictus; quæ herbæ contuſæ per ſe, vel cum propriis Aquis deſtillatis, vel aceto applicari poſſunt.

Probatur & hoc: ℞ Cancros eoſque
contunde cum Card. benedict. recent. C
eamq; miſturam impone.

Idem facit fimus caprinus cum melle.

Item pulegium recens tritum cancro applicetur.

Si verò cancer exulceratus ſit, validius

A adhuc ſiccantia & adſtringentia adhibentur.

Labra vlceris inungantur oleo Plumbi, vel Aqua ſalis, fuliginis, donec fiat eſchara.

Vel Ol. Arſenici fixi in aq. Plantaginis, diſtemperato madefiat vlcus, donec nempe mundificetur & eſchara cadat.

Mundificato ſatis vlcere, præſtat illi inſpergere puluerem de cuticulis ouo-B rum internis pullorum excluſorum, vel inſtillatur balſamus ſulphuris Rulandi.

Nicolaus Rocheius ſequens ad cancrum expertiſſimum communicat: ſumit Herb. Rober. Phlomi (puto eſſe Verbaſcum, quod Græcè φλόμος vocatur) Scabioſ. Caprifol. Aneth. Oletul. human. æquas partes, quas comburit in cinerem, eiuſque cineris ℨ iij. cum liquor. ſtillatit. C ſolan. ℥ vj. contemperat piſtillo in mortario, eiuſq; miſturæ aliquid vlceri cancroſo infundit.

Fertur de muliere quadam, cùm cancer ei ad ipſa oſſa præceſſerat, quod cardui benedicti decocto curata fuerit, dum quotidie affectum locum lauerit, &

dein puluerem cardui benedicti inſper- A
ſerit.

Folia Hederæ ſylueſtr. in vino decocta commodè ſupra vlcus ponuntur.

Aqua ſtercoris humani ſi applicetur, vtiliſſima cenſetur.

Si verò hoc modo cancer curari non poſſit, extremum eſt remedium eradicatio totius cancri per ſectionem, ſi radici- B
tùs hoc fieri poſſit, vireſque illud ferant. Sed de hoc affectu, aliiſque alibi plura.

FINIS GYNÆCEI.

Digitized by Google

De VVLNERIBVS LETHALIBVS ET SANABILIBVS,

ORATIO PANEgyrica,

AB EODEM AVCTORE IN ACADEMIA MARPVRGENSI publicè habita.

FRANCOFVRTI

Typis Hartmanni Palthenii.

ANNO MDCXX.

Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Quemadmodum in Academiis publicè vel priuatim diſputantibus vitio verti non ſolet, ſi quandoq; Diſputationibus ſuis Corollaria & πάρεργα, ac quidem à propoſita materia prorſus aliena, ſubnectant: ſic quoque beneuolum Lectorem mihi non exprobraturum ſpero, quod Tractatui huic alienam Quæſtionem, De vulnerum iudicio, *ſubiungam. Eſt mihi materia ea, in Actu promotionis meæ Doctoralis pro more publicè in Academia Marpurgenſi diſcutienda propoſita. Cùm vero ab amicorum meorum nonnullis pagellæ, in quibus eam conceperam, viſæ ſunt, exhortati illi ſunt ſummopere, vt eas non abiicerem, ſed vt publicis committerentur typis, procurarem. Quemadmodum igitur illorum exhortatio-*

tatio-

tationibus adductus, Gynæceium hoc, vt in publicum prodiret, annui: ſic quoque in emittenda hac oratione mea, De Vulneribus, *habita, & hoc loco ſubiungenda, illorum voluntati deeſſe non potui. Beneuolum Lectorem autem rogo, vt hunc meum laborem & conatum æqui boniq; conſulat, neque aliter, quam vt candidum hominem decet, & veritas ipſa requirit, de eo iudicet. Calumniatores diabolicos, qui dum nihil præſtant, quam vt alios derideant, cùm ex cuius ſpiritus ductu id faciant, ſatis ſit notum, nihil moror.*

DE

DE VULNERIBVS LETHALIBVS ET SANABIlibus,

Oratio Panegyrica.

DE. VULNERIBVS A
lethalibus & ſanabilibus, in hoc frequenti
Magnif. Nobiliſs. Ampliſs. Reuerend. Conſultiſs. Experient. Acutiſs. Clariſs. doctiſſimorumq; hominum
cœtu ſententiam ferre, arduum eſt admodum & difficile: tùm propter varias
quæ apud veteres & recentiores Naturæ-
conſultos de eis occurrunt diſſentientes B
opiniones: tùm propter tãtam ipſiuſmet
rei obſcuritatem, multis difficultatum
inuolucris implicitam, vt niſi quis omnes
circumſtantias ſolicitè penſitauerit, quid
pro-

A pronuntiare debeat, vix ſcire poſſit. Interim tamen idem negotiũ eſt momenti longè maximi, cùm ſalutem & vitam hominum concernat, pericliteturque in eo vulnerati pręcipuum refugium & ius, vulnerantis ſtatus, & contra ſupplicium defenſio, illorumq́;, qui manus medicas vulnerato adhibent, exiſtimatio. Etſi igitur exiguæ in dicendo facultatis (quod ſtudium alioquin à Medicorum munere eſt B alienius) inq́; medendo experientiæ non magnæ mihi conſcius, de quouis alio, quã de tam ardua quęſtione, verba facere malim: quia tamen à me requiri video aliquid hoc tempore & loco dignum, ſpero non inacceptum fore, ſi de vulnerum lethalium & nõ medicabilium iudicio, quæ ſalutaria Hippocratis & Galeni mihi adſtillârunt vbera, quæq́; ex aliorum proba- C tiſſimorum Medicorum lectione conſequutus ſum, in medium proferam, & diſcrepantes Authorum ſententias conciliare annitar.

Vulnerum duo ſunt genera: quædam dicuntur Lethalia, quædam Sanabilia. Lethalia vulnera duobus modis accipi

accipi docet Galenus in commentario, A quem in XVIII. Hippocratis Aphoriſmum ſectionis ſextæ conſcripſit: Vno, quatenus per ſe, & ſuâ naturâ, tanquam abſolutè lethalia, inferunt mortem neceſſariò: Altero, quatenus tanquam ambigua, & in ancipiti ſunt conſtituta, ſed tamen interimunt maiori ex parte. Sanabilia vulnera ſunt, quæ ſuâ naturâ mortem inferre non ſolent. Hinc Cornelius B Celſus partium vulnera omnino in tres redigit claſſes: Inſanabilia, difficilem curationem habentia, & curatu faciliora.

Antequam verò, quæ vulnera ſint lethalia, definiatur, conſiderandum diligenter erit, non omnia vulnera, ad quæ mors conſequitur, propriè eſſe lethalia: & viciſſim vulnera, quæ videantur quàm maximè lethalia, quandoque feliciter fuiſſe percurata. Ex cuiuſvis enim generis vulneribus (inquit dictator noſter Hip- C pocrates lib. 2. Prorhet.) mori contingit homines. Multæ namque in corporibus venæ tum tenues tum craſſæ, ſi eo ſponte ſua ferri contingat, ſanguinis profuſione interimunt, quæ ſi alio tempore pertun-

A dantur, vtilitatem afferunt. Non pauca autem vulnera, quæ in contemnendis locis, ac nulla re formidabilia eſſe videntur, in iis tanto dolore plaga excruciat, vt ægri ſpirare nequeant. Quidam verò præ vulneris dolore, quod nullo merito terreat, ſpiritum quidem traxerunt, delirio tamen ac febre perierunt. Quibus enim aut corpus ad febrem eſt opportunum, aut mens promptè perturbatur, iis talia
B contingunt. Hoc idem Hippocrates lib. 7. Epidemiorum aliquot confirmat hiſtoriis. Philiæ puero (ait) ex ſola oſſis denudatione in fronte, nono die febris contigit, deinde os liuorem cõtraxit, & mors ſubſecuta eſt. Theodori cuiuſdam puer, ex oſſis denudatione nullius penè momenti, vigeſimo tertio die vitam cum morte commutauit. Magnæ nauis Præ-
C fectus quidam, cùm anchora manus dextræ indicem & os colliſiſſet, inflammatione & conuulſione ſequuta, decimo tertio die mortuus eſt. Telephanes ex Harpali liberta filius, plagam deorſum in pedis pollice accepit, ex qua inflammatio & vehemens dolor conſequutus eſt, quo remiſſo,

miſſo, in agrum profectus, in conuulſio- A
nem incidit, & tertio die mortem obiit.
Zeno Damonis filius, ex vlcere in tibia
aut malleolo, in opiſthotonon, vi phar-
maci erodentis, incidens, è vita diſceſſit.
Hæc Hippocrates. Eius generis exem-
pla, quia frequentiſſima ſunt, apud anti-
quiores & recentiores obſeruationum
medicarum ſcriptores occurrunt pluri-
ma. C. Plinius naturalium hiſtoriarum B
lib. 7. cap. 53. ſcribit, Q. Æmilium Lepi-
dum incuſſo pollice limine cubiculi ex-
piraſſe animam: & Caium Auffidium in
ſenatum euntem offenſo duntaxat pede,
in comitio mortẽ obiiſſe. De Ludouico
Viue, viro ob elegantiſſima, quæ reliquit
monumenta literaria, celeberrimo, con-
ſtat, quòd ex vulnere exiguo, & planè de-
ſpicabili accepto in vola ſiniſtræ manus,
vix ſubditam cuti carnem penetrante, C
conuulſione derepente oborta, interie-
rit. Antonius Benivenius refert cap. 110.
de Abditis, iuuenem quendam ab alapa
impacta apoplecticum concidiſſe, & poſt
paucas horas interiiſſe. Horatius Auge-
nius celebris Medicinæ Profeſſor Italus

A commemorat, quendā ex leuiſſimo vulnere cubiti: alium ex plaga in calcaneo admodum exigua inflicta: alium pugno in faciem impacto, obortaque apoplexia: alium ex vulnere minimi digiti: alium ex punctura acus inter vnguem & carnem pollicis dextræ manus inflicta obiiſſe. Petrus Foreſtus quondam Delphenſium in Hollandia Medicus notat obſeruat. chirurg. lib. 6. obſer. 49. quendam ti-
B biam offendiſſe ad rem duram, & ipſam cum contuſione ac vulnere tranſuerſo aliquantulum læſiſſe, illudque cum parui feciſſet, ſubſequutum fuiſſe octauo die ſtuporem cruris, dolorē crudeliſſimum, ſpaſmum, febrem, vigilias, poſtea gangrænam, ac tandem mortem. Scribit idem Foreſtus obſeruatione ſequente, de Conſule quodam Alcmariano, nomine Ioanne Bucero, eum cùm pedes more
C ſolito lavâſſet, & cultello ſcriptorio, quo pennæ ſcriptoriæ aptantur, acutiſſimo, callum ſub planta pedis abradere & exſcindere ſtuduiſſet, ſeipſum ſed leuiter admodum vulneraſſe, indeque ſtatim ſpaſmum contraxiſſe, & antequam remedia

media adhiberi potuerint,vitam finiiſſe. A
Guilielmus Fabricius Hildanus, Chirurgiæ non leuiter peritus, obſeruationum chirurgicarum obſeruat. 21. refert, virginem quandam nobilem in choreis calfactam,capite in poſtem cecidiſſe, inque vertice vulnuſculum, quod primò neglectui habitum fuerit, cùm vix cutis læſa conſpecta ſit, contraxiſſe, & tertio die delirio ſuperueniente, ſeptimo exſpiraſſe animam. Ioannes Matthæus Me- B
dicinæ Profeſſor Herbornenſis commemorat in Quæſtionib. ſuis medicis, quæſtione 27. Freudenbergæ Naſſoviæ ditionis oppido,graſſatorem quendam parentibus & magiſtratui immorigerum,in humerum haud adeò profundè vulneratum è vita diſceſſiſſe: alium quoq; in Comitatu Oldenburgico citra matris, quæ vidua erat,conſenſum vxorem ducentem,& ad focum cum ſodalibus potantem, in me- C
diam femoris regionē cultro leuiter vulneratum, confeſtim interiiſſe. Plura adducere exempla,quæ ex quolibet vulnere etiam leuiſſimo quandoq; mori homines comprobent, non neceſſarium videtur,
 cùm

A cùm ea ſæpiùs iuſtò eueniant, & illi qui vulneratis manum adhibent, id ſatis ſuperque experiantur. E contrario autem nonnullos ingentibus & lethalibus vulneribus affectos ſanitati fuiſſe reſtitutos, itidem experientia eſt teſtis locupletiſſimus. Hippocrates lib. 7. Epidemiorum refert, quendã ex dorſi vulnere ſpiritum multum cum ſtrepitu, ſanguinemq; copioſum eructantem, conuenientibus auxiliis ſanitati fuiſſe reſtitutum. Galenus

B admirandam lib. 7. anatomicarum adminiſtrationum cap. 13. recenſet hiſtoriam, in Marulli Mimographi puero ex oſſis pectoris ſyderatione, ſiue ſphacelo, nudatum cor aperuiſſe, exſciſſoque thoracis, quod putruerat, oſſe, cordis inuolucrum cùm putruiſſet ex proximi oſſis ſyderatione, malam de puero ſpem præbuiſſe,

C attamen præter ſpem eum fuiſſe probè curatum. Recentiorum obſeruationes hac de re adducere ſuperuacuum eſt, cùm copioſæ illæ admodum ſint & variæ, veritatemq; rei Medicorum curationes felices ſæpe comprobent, quemadmodum & ex nonnullis inferius enarrandis

exem-

exemplis patebit. Cauſam huius rei, cur A
ex minimis vulneribus moriantur homines,& contrà ex grauioribus & lethalibus reſtituantur, ſi quiſpiam requirat, eam Hippocrates ſtatuit lib. 2. Prorhetic. & Theophraſtus Paracelſus tract. 1. de Phlebotomia, peculiarem corporis diſpoſitionem, & temperaturam vel bonā vel malam, adeoque robur virium vel imbecillitatem. Natura enim corporis tanquam vnica morborum medicatrix, quando B
robuſta eſt, vt vehementiſſimos affectus ſuperare, ſic debilitata etiam leuiſſimis ſuccumbere conſueuit. Annumeranda igitur veniunt omnia quorumcunque opera robuſtior vel debilior redditur Natura, vt ſunt victus ratio, εὐφορία & propter hæmorrhagias, dolores, inflammationes, febres, conuulſiones, aliaque ſuperueni- C
entia ſymptomata, δυσφορία, tum etiam curantium & adſiſtentium negligentia, vel diligentia, quin & ſingulari DEI omnia diſponentis prouidentia. Valleſius inter cauſſas, ob quas leuiter vulnerati quandoque moriuntur, refert infauſtum alicuius ſyderis aſpectum & influentiam

A malignam. Ab eo non diſſentire videtur Quercetanus, dum in lib. de vulneribus ſclopet.cap.3. ſic ſcribit: Quid dicemus de ſitu & poſitu vrbis Ferrariæ, aut Florentiæ, cùm videamus in illa omnia capitis vulnera eſſe lethalia, in hac verò tibiarum vulnera eſſe immedicabilia. Eiuſdē ſententiæ fuit Donatus in lib. de variolis, cap. 2. hæc referens: Iam agitur, inquit, annus quintus, quòd in vrbe noſtra Man-
B tua, quicunq; in capite vulnerabantur, licet leuia admodum vulnera erant, quouis adminiſtrato remedio, omnes mortui ſunt. Nunc verò oẽs quaſi in capite vulnerati, ab iiſdem Medicis per eadem remedia, quæ antè fruſtrà fuerunt vſurpata, reſtituuntur. Cauſam huius rei neceſſe eſt, vt in cœleſtem ſyderum influxum referamus. Hæc Donatus. Verùm ex aliorum doctrina etiam Ioan. Matthæus Medicus & Profeſſor Herbornenſis hãc cau-
C ſam minimè admittit, ſed potius ſtatuit, quod Ferrariæ, Florentiæ, & Mantuæ vulnera capitis & tibiarum ægrè curentur, id aëris eos ambientis conditioni & naturæ aſſcribendum eſſe, cum aeris conſtitutio optima

optima multùm ad ſananda vulnera con- A
ferat,& aër nimium frigidus in vulnera ſe
inſinuans tutam &facilem eius curationē
impediat. Cõfirmatur id.Hippocratis te-
ſtimonio,qui aph.2. lib. 5. &alibi paſſim,
aërem frigidũ vulneribus & vlceribus eſſe
inimicũ pronuntiauit. Quod & Galenus *Galen.lib. 5.meth.medic. cap.12.*
agnouit,deſcribens Tabiarum ſitũ, vbi ꝙ
vlceribus laryngis affecti feliciori ſucceſſu
curati fuerint,quam aliis in locis, cõme- B
morat. Hinc Pareus quoq; motus autori- *Pareus lib. 10. cap.8.*
tate & experientia Guidonis, vulnerum
curandorum curationē ab aëre ambiente
deſumendam eſſe docet,cùm is teſtatum
reliquerit, capitis vulnera longé cõtuma-
ciora & curatu difficiliora eſſe Lutetiæ,
quàm Auenioni, ꝙ aer Lutetianus frigi-
dus ſit & humidus,cuiuſmodi aeris cõſti-
tutio capiti & cerebro inimica, earũ par-
tiũ vulnerib⁹ quoq; obſit. Auenioni verò
aer ambiens ſit calidus, qui ad capitis vul-
nera curanda multùm cõferat. Quod cõ- C
ſiderant Itali nonnulli, qui quoties faſcias
vulneribus capitis obductas reſoluunt,&
vulnus denudant, operculum figulinum
vel tegulam aliquam calentem vulneri

A admouent, donec emplaſtra & faſcię vulneribus iterum obducantur. Sed reuertatur tandem eò vnde digreſſa eſt oratio.

Cùm igitur conſtet, ad leuia vulnera per accidens quandoque conſequi mortem, quæ nequaquam ex ſeſe dici poſſint lethalia, ſed & è contrario grauiſſima vulnera ſubinde perſanari: nunc quę propriè ſint lethalia vulnera inquirendum & definiendum eſt. Id verò primùm generaB liùs, deinde ſpecialiùs noſci poteſt. Generaliùs quidem vulnera lethalia ſunt, quæcunque magna ſunt. Trifariam autem magna & grauia cenſentur vulnera: vel propter afflictæ partis præcellentiam, vel propter ipſius vulneris magnitudinē, vel propter cauſæ malignitatem, qualis à venenatis telis inducitur. Specialius certarum quarundam partium corporis huC mani vulnera lethalia ſtatuuntur. Hippocrates in Aphoriſmis ſeptem partium vulnera enumerat lethalia: Cui veſica perſecta fuerit (inquit) aut cerebrum, aut cor, aut ſeptum tranſverſum, aut tenue quoddam inteſtinum, aut ventriculus, aut iecur, lethale eſt. At libro 2. Prædictorum

rum ait: Vulnera quidem ferè mortem A
afferunt, quæ magnas venas, quæ ſunt in
collo & inguinibus, læſerunt, deinde quæ
cerebrum & hepar, deinceps quæ in inte-
ſtina & veſicam pertingunt. Galenus in
commentario, ex Hippocratis mente,
non hæc ſimpliciter lethalia vulnera di-
cenda ſcribit, ſed quodammodo diſtin-
guit, quod eorum quædam ſemper & ne-
ceſſariò, quędam verò vt plurimùm mor- B
tem inferant. Eadem paulò pleniùs re-
cenſet Cornel. Celſus lib. 5. de re medica
cap. 26. Verba eius hæc ſunt: Seruari non
poteſt, cui baſis cerebri, cui cor, cui ſto-
machus, cui iocinoris portæ, cui in ſpina
medulla percuſſa eſt, cuique aut pulmo
medius, aut ieiunum, aut tenuius inteſti-
num, aut ventriculus, aut renes vulnerati
ſunt, cuivé circa fauces grandes venę, vel C
arteriæ præciſæ ſunt. Vix autem ad ſani-
tatem perueniunt, quibus vlla parte pul-
mo, aut iecinoris craſſum, aut membrana
quæ continet cerebrum, aut lienis, aut
vulua, aut veſica, aut vllum inteſtinum,
aut ſeptum tranſverſum vulneratum eſt.
Hi quoque in præcipiti ſunt, in quibus
vſque

Digitized by Google

vſque ad grandes, intuſq; conditas venas, in alis vel poplitibus mucro deſcẽdit. Periculoſa etiã vulnera ſunt, vbicunq; venæ maiores ſunt, quoniam exhaurire hominem, profuſione ſanguinis poſſunt. Idq; euenit non in alis tantùm atq; poplitibus, ſed etiam in his venis, quæ ad anum teſticuloſq; proueniunt. Præter hæc malum vulnus eſt, quodcunque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos eſt. Item quodcunq; muſculum, aut nervũ, aut arteriã, aut membranam, aut os, aut cartilaginem læſit. Tutiſſimum omnium quod in carne eſt. Hæc Celſus. Verùm cùm de his adhuc controuerſæ & variæ ſint opiniones, & vt hæc illuſtriora clarioraq; euadant, ſciriq; certò poſſit, qua ratione partium vulnera lethalia minusvè lethalia ſint: præſtat illa breuiter perſtringere, partiumq; quarundam, quæ præ cæteris conſiderari ſolent, vulnera excutere.

CEREBRI vulnera primùm occurrunt. Ea Hippocrates lethalia pronuntiat. Celſus inſanabilia vulnera ſtatuit, qui-

quibus cerebri baſis percuſſa eſt, & ea, A quæ membranam cerebrum continentem occupant, vix ad ſanitatem peruenire. Galenus vulnera cerebri ſæpe quidem ſanari ſe vidiſſe dicit, magnas tamen vulnerationes mortem adferre non negat, & quæ aliquatenus in cerebri ventriculos penetrant ſauciationes omnium conſenſu mortiferas eſſe ſcribit. Admirabile (inquit lib. 8. de vſu partium cap. 10. & comment 6. in Aphoriſ. Hippocr. 18.) illud B ſpectaculum, quod Smyrnæ in Ionia accidiſſe aliquando ſumus conſpicati, adoleſcentem, vulnere in alterum anteriorum ventriculorum cerebri maiuſculo accepto, ſuperſtitem fuiſſe DEI (vt pleriſque videbatur) voluntate; ſed ne temporis quidem momentum viuere potuiſſet, ſi vtrumque ſimul cerebri ventriculum vulnus violaſſet. Verùm id ex iis eſt, quæ rariſſimè eueniunt. Hæc Galenus. C Ex recentioribus Guido de Cauliaco affirmat, ſe quendam vidiſſe, cui ex vulnere parte capitis poſtica accepto, parua quædam portio ſubſtantiæ cerebri exierit, qui tamen à vulnere illo conualuerit.

Bra-

A Braſſavolus in expoſitione Aphoriſmi Hippocratis xviii. ſect. 6. duos commemorat, quibus cerebri vulnera ſanari contigerit: quorum quidem alter, cui excuſſa fuerit cerebri portio ad oui parui gallinacei magnitudinem, ſtupidus fermè ac ineptus triennio ſuperuixerit, loquendi facultate etiam oblæſa: alter autem, cui fermè dimidium capitis cum ſubdita cerebri portione ſublatum fuerit, manſerit in-
B tellectu, memoria, ac diſcretione ſenſus interioris deſtitutus. Nicolaus Maſſa gloriatur ab ſe multa & magna capitis vulnera fuiſſe percurata, quæ per oſſa, meningas, ipſamque cerebri ſubſtantiam penetrauerint, & nonnunquàm fœdè contaminarint. Inter multa exempla & hoc adducit, iuuenem, cui ſecuris Amazonia, ſiue (vt loquũtur) Alabarda per cranium & meningas ipſamq; cerebri ſubſtãtiam, vſque ad os baſilare (radio argenteo vul-
C neri altè immiſſo id conteſtante) fuerit adacta, nihilominus feliciter ſanatum fuiſſe. Fallopius exhortatur Medicos cap. 45. de curand. vulneribus, ne ita facile deſerant capite vulneratos, cum quoq; magnæ

gnæ

gnæ de cerebri ſubſtantia portiones de- A
cedere poſſint, ſine vitæ detrimento: ſe
enim vidiſſe quendam Zinganum, cui
anni tempore frigidiſſimo, dimidium fe-
rè caput fuerit diſſectum, maiorq́; cerebri
quantitas exierit, quàm includi potuerit
oui gallinacei teſta, qui nihilominus fue-
rit ſanatus.

Symphorianus Campegius refert,
Hippolytũ Dantrepium chirurgum ſua
ætate multis experientiis clarum, vulnus B
curaſſe, ex quo cerebri particula quanta
cochleari excipi potuerit, in terram deci-
derit. Horatius Augenius ſe aliquando
vidiſſe ſcribit, totam ſubſtantiam cerebri
vulneratam, eiuſq́; ventriculos diſſectos,
aliquam etiam portionem cerebri dein-
ceps è vulnere profluxiſſe, hominem ta-
men ſanitati fuiſſe reſtitutum. Franciſcus
Arceus aliquot lib. 1. cap. 6. de cũr. vuln. C
quæ ſe probè curaſſe ſcribit, adducit peri-
culoſiſſima cerebri vulnera: vni tantùm
de cerebro deceſſiſſe, quantum duo triti-
ci grana cõſtituunt: & alteri, per ſex con-
tinuos dies ſingulis curationibus aliquid,
ad lentis magnitudinem, cerebro detra-
ctum

A ctum fuiſſe. De alio quodam ſcribit circa coronalem capitis partem æreo candelabro grauiter vulnerato, vt non tantùm oſſa multa fracta fuerint, ſed & cerebrum valde inde compreſſum, qui cùm oſſa fracta extracta ſunt, quamuis meninges vitiatæ fuerint, & cerebrum, ſinguliſq; curationibus portiones haud exiguę de ſubſtantia cerebri deceſſerint, ac conuulſiones aliaq; horrenda ſymptomata ſuper-
B uenerint, tandem tamen omnino incolumis euaſit. Eiuſmodi capitis cerebriq; vulnera etiam grauiora Cornelius Gemma, Andreas à Cruce, Coiterus, Ambroſius Pareus, Guilhelmus Fabricius Hildanus, & multi alii ſe integrè quoque ſanaſſe gloriantur. Non prætereundum, quod Theodoricus lib. 2. cap. 2. Chirurgiæ ſcribit, ſe vidiſſe hominem, cui ventriculus
C cerebri poſtremus memoriæ vulgò dicatus ſit totus euacuatus, qui tamen ſit reſtitutùs, etiam citra memoriæ læſionem. Multi hiſce exemplis commoti, cerebri vulnera non abſolutè lethalia, etiamſi magna ſunt, ſtatuunt: idque etiam ratione confirmare conantur, quòd cerebrum

non

non ſit inſtrumentum vitæ, & caloris naturalis, nec habeat duram ſubſtantiam, ſed mollem & frigidam, quæ reparari poſſit, neq; facile inflammetur. Alii contrarium ex Hippocratis ſententia tuentur, accurateq; defendunt, & cerebri vulnera abſolutè lethalia pronuntiant, cùm cerebri eiuſq; membranarum læſionem, conſequantur offenſio, & interdum abolitio actionis muſculorum thoracis, aliorumq; membrorum reſpirationi ſubſeruientium, quorũ actione ceſſante, ſimul reſpirationem perire, & temperamentum cordis ſolui, tandemq; mortem obrepere neceſſe eſt. Quid igitur hîc ſtatuendum, cùm vtrinque grauia nos vrgeant momenta. Controuerſiam diſtinctione dirimi poſſe exiſtimamus. Capitis vulnera differunt, quod alia ad oſſa pertineant; alia ad membranas, vaſa, neruos; alia ad cerebri ſubſtantiam; alia ad cerebri ventriculos. Omnia ea vulnera, ſi modò magna ſint, generaliter lethalia haberi debẽt, ſed haud eodem gradu: cùm quædam abſolutè, quędam verò vt plurimum lethalia ſint, quædam ex æquo. Vulnera A B C

A ſola oſſa capitis diffringentia minus letha-
lia exiſtunt,& ſæpiſſimè curantur. Quæ
ad tenuem meningem penetrant,morti-
fera ſunt: quia ea cum cerebrum obvol-
vat ſola nunquam lædi poteſt, quin vna
quoque cerebrum afficiatur, vt nec cere-
brum ipſum citra illius membranæ con-
ſenſum. Siue enim intemperies ſimplex
ſiue cum affluxu humoris alterutrum ho'
rum inuaſerit, ſtatim affectum alteri cõ-
B municari neceſſe eſt. At dura membra-
na, quia longiſſimè diſtat à cerebro, ſola
poteſt affici, ideoq; eius vulnera non ſunt
adeò lethalia. Quæ ad cerebri ſubſtantiã
pertingunt vulnera, Fallopius lethalia
quoque nominat, ſed aliquantum diſtin-
guit: ſi vulnus ſit magnum, cum ablatio-
ne ſubſtantiæ cerebri, & inflammatione
membranarum, ſtatuit lethale vt pluri-
mum: ſi maximum, cum talibus incom-
C modis, lethale neceſſariò: ſi verò medio-
cre, ſine ablatione ſubſtantiæ, & ſine in-
flammatione, lethale ex æquo. Verùm
omnia vulnera, quæ ad cerebri ſubſtan-
tiam penetrant, ſi modò magna ſint, le-
thalia neceſſariò ſtatuenda ſunt: cùm ob
ſympto-

ſymptomatum ſuperuenientium graui- A
tatem, qualia ſunt inflammatio, febris, conuulſio, paralyſis, delirium, ſopor, difficilis ſpiratio, vel etiam reſpirationis abolitio: tùm verò ob cerebri, partis quippe principis, debilitatem, vnde celerrimè exhauriuntur ſpiritus, noxaque toti corpori cõmunicatur, propter abolitionem facultatis animalis. Ideoq; rectè vulnera, quæ ad cerebri ventriculos penetrant, ne- B
ceſſariò lethalia ſtatuuntur ex Hippocratis & Galeni doctrina, quemadmodum & Hieron. Cardanus lib. 2. tract. 1. contradict. 7. rectè concludit. Addendum ex Hippocratis libro de capitis vulneribus, plures mori ex iis, qui antica capitis parte, quàm qui poſtica vulnerantur. Rationem adfert Caſparus Bauhinus Archiatrus Baſileenſis in Theatro ſuo anatomico lib. 3. cap. 6. ex eodẽ Hippocrate, quòd ſyncipitis oſſa in adultis quidem ſint dura C
& ſolida, aliorum tamen reſpectu rariſſima & infirmiſſima. Quòd verò nonnulli annotauerint, quibuſdam integros cerebri ventriculos ablatos eſſe, aliis inſignes de ſubſtãtia cerebri portiones deceſſiſſe,

A qui nihilominus ſanati fuerint, id ſi modò verum eſt, vtique attribuendum eſt peculiari corporis naturæ, & virium robori, aut iis quæ rariſſimè contingunt, & ſingulari Dei omnia diſponentis prouidentia & diſpoſitione eueniunt. Accedit quod in capitis vulneribus excrementa quædã ſpongioſa ſuccreſcere ſoleant, quæ cùm imperiti Chirurgi vident, ſubſtantiam cerebri eſſe autumant, & inde vel de æ-
B grotorum ſalute deſperãt, vel ſi fortè fortunâ eos curauerint, ſe vulnera cerebri curaſſe, deq; eo portionem exemiſſe gloriantur. Atq; ſic de cerebri & capitis vulneribus ſtatuendum. Antequam verò ad alia procedat oratio, præſtat priùs quot modis capitis vulnera mortem inferre ſoleant explicare. Id verò triplici potiſſimùm fit ratione: Primùm propter cere-
C bri & illius membranarum diuiſionem. Id cognoſcitur præter externas notas, vomitu bilis, ſyderatione corporis, & febre cõtinua. Exſtat de iis Hippocratis Aphoriſmus 5. ſectionis ſextæ: Quibus cerebrũ vulneratur, iis febrẽ & bilis vomitionem ſuperuenire neceſſe eſt. Secundò propter

pter ſubſtantiæ cerebri commotionem. A
Inde ſtatim voce priuantur, & neque vident, neque audiunt. De iis Hippocratis Aphoriſmus 58. ſect. 7. Quibus occaſione aliqua cerebrum fuerit vehementer concuſſum, mutos fieri protinus eſt neceſſe. Tertiò cùm propter vehementiam contuſionis aliquæ venæ in cerebro abrumpuntur; vnde ſanguis effunditur, & putreſcit, ac poſtea inflammationem, phre- B
nitidem, febrē, conuulſionem, delirium, dolores, aliavé cerebri grauia excitat ſymptomata. Atque ſic de cerebri & capitis vulneribus ſtatuendum.

Iam ad SPINALIS MEDVLLÆ vulnera tranſeundum. Ea haud ſecus atq; cerebri, quemadmodū & Scholiographus Hollerii in Aphoriſmos Hippocratis docet, lethalia ſunt: quod illa in partibus ſub capite locatis, cerebri vices C
gerat, habeatq; cum cerebro ferè omnia communia, ſubſtantiam, neruorum principium, vim ſentiendi prope parem, meninges duas à cerebri meningibus productas, & tertiam fortem atque neruoſam. Lethalia itaque cenſenda propter partis

A nobilitatem, nerueam naturam, ſymptomatum ſuperuenientium magnitudinẽ, cerebri partiumque ſympathiam, & curandi difficultatem. Magis tamen lethalia, quę in vertebras ſuperiores, quàm quę in inferiores incidũt: quòd ſupremæ vertebræ ſint omnium præſtantiſſimæ. Magis quoque lethalia, ſi magna, profunda tranſuerſa ſint, pluresq; vertebras offenderint, quàm quæ altè non penetrant, aut
B punctim illata ſunt. Minus autẽ nec neceſſariò lethalia ſunt, quæ inferiores partes occupant, niſi ſint magna aut punctim illata, quamuis conuulſiones ſemper ſuccedant, ſed non æquè magnæ, ac ſi in principio ſpinalis medullæ vulnera inflicta eſſent.

TEMPORVM vulnera quamuis non ſemper ſint lethalia, ſunt tamen ex illorum numero, quæ vt plurimùm mortem inferunt. Ex Hippocratis doctrina
C conſtat, quod, ſi tempus ſiniſtrum incidatur, dextrum neruorum diſtentione occupetur, ſi dextrum, nerui diſtendantur in ſiniſtro. Oppoſitus enim muſculus, id eſt, partis ſanæ, dum fungitur officio ſuo,

maxil-

maxillam ad ſe trahit: læſus verò quia in- A
terim quieſcit, fit, vt maxilla verſus par-
tem ſuam nō ſine maximo dolore & vitæ
diſcrimine, trahatur. Aſcendunt præter-
ea per tempora venæ & arteriæ, ex quibus
hæmorrhagia magna & periculoſa eſt ex-
ſpectanda.

Sequuntur OCVLORVM vulne-
ra, quæ quidem per ſe nunquam ſunt le-
thalia: ſunt tamen periculoſa, & valde
metuenda propter viſum & cerebri pro- B
pinquitatem. Ex oculi vulnere Henricus
II. Rex Galliæ anno Chriſti 1559. à Mon-
gomerio ad haſtiludium prouocato vul-
neratus, interiiſſe viſus eſt. Hiſtoriam
prout eam Pareus lib. 9. cap. 9. qui in cu-
ratione adfuit, deſcripſit, adducere non
abſonum videtur. Henricus Rex felicis
memoriæ, (inquit) compoſitis Galliæ re-
bus, & pace cum finitimis parta, dum filiæ
& ſororis nuptias, celebri & feſtiuo haſti-
ludiorū exercitio feſtiuiores reddere co- C
naretur, procurrens & ipſe in catadromo
pyxidata lancea adeò grauem ictū pecto-
re excepit, vt ictus violentiâ lamina ducti-
lis, quâ è galea perſpicitur, ſurrigeretur, &

 diſſul-

A diſſultantis in fruſta lanceæ truncus ſupra dextrum ſupercilium impingeretur, cutiſq; muſculoſa frontis ad minorem vſq; oculi ſiniſtri canthum laniaretur, multis eiuſdem trunci fruſtulis in cõmemorati oculi ſubſtantiam depactis, penitus tamen intactis & illibatis oſſibus. Fuit verò commoti inde & concuſſi cerebri tanta vis, vt vndecimo ab ictu die interierit. Poſt obitum diſſecto cranio, in parte ictui
B oppoſita, ad mediam occipitis ſuturam effuſi, inter craſſam & tenuem meningem, ſanguinis copia cõperta eſt, & corruptæ cerebri ſubſtantiæ, quantum pollice tegi poſſet, indicia ex coloris natiui in flauum mutatione apparuere. Quæ Regi Chriſtianiſſimo mortis conſequutionem attulerunt, non ſola vulnerati oculi læſio, vt plerique falsò ſunt ſuſpicati. Pleroſque enim alios vidimus, qui ex longè grauioribus in oculo vulneribus non interiere.

C IVGVLARIVM VENARVM vulnera, ſi magna ſint, nõ quidem ſemper & neceſſariò lethalia ſunt, ægrè tamen & rarò curationem admittunt: tum quod larga profuſione ſanguinis hominem vitali

tali ſpiritu exhauriant: tum quod ligatu- A
ram ſtringendo ac ſiſtendo ſanguini neceſſariam, propter imminens ſuffocationis periculum ſuſtinere non poſſint.

ASPERÆ ARTERIÆ vulnera rarò ad ſanitatem perducuntur. Eſt enim ea duræ ſubſtantiæ & exanguis, aſſiduaq; per vulnus fit reſpiratio, vnde labra minus coaleſcere poſſunt. Ex iis neceſſariò lethalia ſunt, quæ magna admodum ſunt, & profunda, vt ſi tota arteria ſimul cum B
œſophagi contigui parte aliqua præciſa ſit, aut ſi bronchia maiora inter pharingem & pulmonem percuſſa ſint: præterea quæ præſtantiori loco totius aſperæ arteriæ inflicta fuerint, vt circa gulæ gutturiſque partes ſummas, vbi nerui, venæ & arteriæ iugulares periculum augent. Minus verò neque neceſſariò lethalia ſunt vulnera, quę infligũtur ſub vinculis mem- C
branoſis aſperæ arteriæ, vt obſeruare licet in iis, in quibus metu ſtrangulationis ea vincula feliciter ſoluuntur, neque lethalia etiam ſunt vulnera ligamentorum, quæ bronchia connectunt, vel infra guttur, vel in pulmonibus.

A PVLMONIS vulnerum, ſiue per apertionem venæ alicuius in illis, ſiue per dilacerationem ſubſtantiæ accidant, alia integro pectore incidunt, (quemadmodum Liebautius non ineptè diſtinguit) vt cùm vas aliquod rumpitur caſu, lapſu, clamore, ira, acuta voce, aut exeditur ab acri deſtillatione: alia forinſecus infliguntur, diuiſo thorace & pulmonis carne. Vtraq; ſi exigua fuerint, & ſtatim ab initio cruen-
B tæ adhuc rupturæ priuſquam phlegmone inuadat, cõuenientibus remediis proſpiciatur, ſanabilia exiſtunt: eoq; magis, ſi pus extrorſum per vulnus exitum habeat. Magna verò vulnera, aut etiam exigua, ſed vel ſeriùs vel minùs artificioſè tractata, neceſſariò lethalia euadunt, idq; tribus modis. Primò cùm non ſolùm caro pulmonis, ſed & magna vaſa, vt venæ arterio-
C ſæ, & arteriæ venoſæ inſignes rami vulnerantur: tum enim non ſolùm ſanguis ſpiritusq; vitalis profunditur, ſed & copia vel grumo pulmones opprimuntur, & ſpiritus cõceptacula intercipiuntur. Secundò cùm nõ magna illa vaſa ſanguinea vulnerata ſunt, ſed aſperæ arteriæ membranæ, vel

vel bronchia, tanto vulnere hiant; vt per A
illud è corde copioſior fuligo erumpat,
quàm per os, quo naturæ lege expurgari
debuit. Tertiò cum vulnere exiguo vaſa
quidē ſanguinea, ſed minora rupta ſunt:
vel caro ipſa pulmonis diuiſa. Peiora tamen
multò ſunt ex ſubſtantia quàm ex
vaſis vulnera. Nam licet ex ſubſtantia
parcior ferè ſanguis expectoretur, inſanabile
tamen vulnus eſt, quod ad firmam
cicatricem attinet. Accedit quòd pulmo B
continuò moueatur, id verò quod conglutinari
debet, quieſcere oportet & non
moueri. Præterea medicamenta eò non
tam commodè ſaluis & integris viribus
peruenire poſſunt. Inde quia ea vulnera
ſanari nequeunt, ſi non ſtatim curentur,
aliàs tandem phthiſin & mortem inferunt.
Ex vaſis autem pulmonum vulneratis
copioſior prorumpit ſanguis, ſi tamen
ante inflammationem ſubuenitur, C
non rarò eorum coaleſcunt vulnera,
multoſque ita læſos à ſe percuratos eſſe,
Galenus teſtatur, ad quos ab initio recente
adhuc vulnere acceſſerat. Eiuſmodi
enim vulnera non tam ſuapte natura

A tura, neque propter perpetuum pulmonum motum vnioni repugnant, quàm ob phlegmonem ſuperuenientem, quæ ſanguinẽ ipſosq; pulmones putrefacit, vnde empyema ſuboritur, quod cùm adeſt, exigua ſpes pulmonis glutinandi relinquitur: niſi foràs pus è vulnere exitum habeat, idque patente ſatis foramine in thorace: aut per tuſſis contentionem. Sic quidem communiter de pulmonum vulne-
B ribus ſtatuitur. Contingit tamẽ nonnunquam eiuſmodi vulnerum, etiam ea, de quib. nulla ſalutis ſpes erat, ſanari, quemadmodum Felicis Plateri, Nicolai Maſſæ, Franciſci Arcei, Abelis Roſcii apud Guilhelmum Fabricium Hildan. cent. 2. obſeru. 32. & aliorum obſeruationes teſtantur. Sed cùm rariſſimè id fiat, non propterea communis hæc Medicorum aſſer-
C tio, ratione & experientia ſtabilita, tollitur. Ieſſenius à Ieſſen in obſeruationibus ſuis per Laurent. Scholtzium ad Schenckium miſſis refert, Pataui Polonum quendam à Germano per dextrum pulmonem fuiſſe vulneratum, ita vt Medici & Chirurgi primarii de eo deſperârint, auxi,

auxilium tamen eo implorante, medica- A
menta fuiſſe adhibita, quibus per curatio-
nem fruſtulatim pulmonem excreuerit,
vſque dum totus is eiectus fuerit, idq; loci
interni conſpicuam vacuitatem, & cum
pure venarum & arteriarum grandiora
rudera evulſa, eiecta, vnaque extracta o-
ſtendiſſe, attamen fuiſſe eum ſanitati re-
ſtitutum. Mirum profectò, niſi fabulo-
ſum ſit: cùm citra pulmonis vſum homi-
nem ſuperſtitem eſſe non poſſe, ſatis ſu- B
perq; conſtet. Signa ſauciatorum in pul-
mone vaſorum, vulnere forinſecus per
pectus inflicto, ſunt ſanguis ſpumoſus, in-
terdum rubicundus, interdum niger, ef-
fluens: quia vaſa pulmonis vtrumq; ſan-
guinem continent: perpetua tuſſis, ſiue
ſicca, ſiue humida: niſi adſit virium imbe-
cillitas, pulmonumq; oppreſſio à ſangui- C
ne, aut niſi ſuperficiarium ac leue vulnus
ſit. Quãdo caro pulmonum ſauciata eſt,
nec cruenta expuitio, nec tuſſis vlla vrget:
quia ſanguis in cavum thoracis deſtillat:
ſed adſunt reſpiratio difficilis, viciſſitudo
caloris & frigoris, propter halitus è corde
qui ſtatim diſcutiuntur: characteris faciei
mutatio.

PERICARDII vulnera per ſe nō ſunt lethalia, neque ſemper mortem inferunt. Nam ſubinde ea curata fuiſſe, Galeni, Auicennæ, Rhaſis, Beniuenii, aliorumque ſcripta comprobant. Sunt tamen ea periculoſiſſima, quia pericardium ſecundùm Cardani ſententiam vulnerari nequit, quin multa alia membra nobilia ſimul lædantur.

De CORDIS vulneribus ſunt, qui aſſeuerare auſi ſint, ea non ſemper eſſe lethalia. Iacobus Hollerius certum eſſe ſcribit, cor aliquando vulnerari, nec tamen mortem ſubſequi: adhæc ſi vulnus attingat tantùm pulpam cordis & carnem, non neceſſariò mori hominem. Addit ſi vlcus tantùm ſit aut tuberculum, mori quidem ægrum, ſed non tam ſubitò: conſtare enim quendam ita cum tuberculo vixiſſe duos annos. Braſſauolus in comment. ad Hippocratis Aphoriſmos ſtatuit, etſi quippiam de mucrone cordis abſciſſum ſit, animal tamen per aliquod ſpatium ſuperviuere poſſe, refertq; ſe vidiſſe ſuem in cordis mucrone vulneratum, qui per horam ferè ſuperuixerit,

uixerit,& comederit, nec ita breui inter- A
iiſſet, niſi iterum fuiſſet vulneratus. Iacotius in comment. ad Coac. Hippocr. & Thomas à Vega in comm. ad lib. 5. Gal. de loc. affect. cap. 5. commemorant, ceruam fuiſſe repertã, quæ ſagittæ aculeum longo tempore cordi infixum geſſerit. Galenus teſtatum reliquit, ſe vidiſſe victimas, quæ euulſo corde clamarint, & fugæ ſe commiſerint. Verùm hæc potius habenda inter portenta, & illa, quæ ra- B
riſſimè obtingunt. Rectius autem ex Hippocratis, Galeni, Auicennæ, Cornelii Celſi, & aliorum ſententia ſtatuitur, omnia cordis vulnera abſolutè & neceſſariò eſſe lethalia ac inſanabilia, & quidem vel repente, vel non ita multò poſt. Repentè quidem, ſi magna ſint & profunda: non ita multò poſt, ſi exigua. Lethalia verò ſunt, non ſolùm ob cordis præſtantiam & aſſiduum eius motum, ſed C
& carnis duritiem, ſanguinis profuſionẽ, ſpirituũ ſubitam reſolutionẽ, meatuum & ventriculorum à ſanguinis collectione obſtructionem, & neceſſariò ſuperuenientem inflammationem. Etenim vt Galenus

A lenus lib. 5. cap. 1. de locis affectis docet, ſi ad ventrem cordis vulnus penetrauerit; ſtatim exhalat anima cum ſanguinis profuſione, idque præcipuè ſauciato ſiniſtro ventriculo, qui vitalem multoque puriorem ſanguinem continet. Quod ſi ictus in corde conſtiterit, nec ad ventriculos vſque peruenerit, tum ad vnum aut alterum diem ſuperſtes eſſe poterit, mox verò inflãmatione ſuborta extinguetur.

B Signa cordis percuſſi ſunt, præceps virium lapſus; ſanguinis nigri exitus, præſertim ſi telum dextrum ventriculum attigerit, vel ſanguis multus, pulſus langui di, color pallidiſſimus, ſudores frigidi & fœtidi, extrema frigida, mors verò repentina.

DIAPHRAGMATIS vulnera pro diuerſitate ſubſtantiæ, diuerſam quo-

C que cõſiderationem requirunt. Eſt enim Diaphragma muſculus orbicularis, ad amplam latitudinẽ exactè membraneus, in medio ac tanquam centro caput ſuum principiumque habens, à quo ad partes thoracis inferiores exporrectus, paulatim in progreſſu denſior carnoſiorque redditur-

tur, donec infimi pectoris oſſis, & ſpuria- A
rum coſtarum cartilaginibus, vertebrisq́;
lumborum ſuperioribus inſeratur. Qui-
bus locis inuertitur, reflectiturq́; ſurſum,
vt ſupra quintã coſtam manifeſtè aſcen-
dat: nonnunquam etiam vt in ſuffocatis,
concidente pulmone ad ſuperiora attra-
ctum diſtentumq́; in thoracis amplitudi-
nem iecur & ventriculum trahat. Pro hac
igitur ſubſtantiæ eius diuerſitate, diuerſa
quoque eius ſunt vulnera. Alia partem B
carnoſam occupant, alia neruoſam. Quæ
in carnoſa parte inflicta ſunt, ſtatuuntur à
Fallopio magna ex parte lethalia. Verùm
ex Galeni ſententia, cùm motus non ob-
ſtet, ſanabilia ſunt, quemadmodum & ex-
perientia frequens id comprobat. Iaco-
tius in comment. ad Hippocratis Apho-
riſmos ſcribit, à ſe iuuenem fuiſſe curatũ, C
cui vulnere inflicto in dorſum circa me-
dias vertebras thoracis, non longè à ſpina,
totus thorax perforatus fuerit, telo per
dextrum hypochondrium exeunte: tam-
etſi præter ingentem ſanguinis profuſio-
nem multus ſpiritus cum ſtrepitu per vul-
nus prodierit, nec dubitari potuerit ſe-

A ptum vtrinq; confoſſum. Si verò vulnera partis carnoſæ forinſecus non inferantur, ſed ex rupto aliquo vaſe in diaphragmate, ex caſu, aut lapſu, aut contuſione oborta ſint: aut ſi phlegmone ſuperuenerit, grauiſſima curatuq; difficilima ſunt. Nimirum ob retentum ſanguinem, qui extra vaſa propria facile putredinem concipit: vnde naſcitur ſanies, quæ cum liberum nō ſemper inde habeat exitum, nec B per pulmones nec per partes inferiores expurgetur, intra peritonæum defluens, grauiſſimos dolores, noxamque periculoſam inuehit, non ſolùm diaphragmati, ſed & partibus peritonæo contentis. Quo fit, vt non tantum reſpiratio deprauetur, ſed & cor, iecur, ac ventriculus, ob viciniam, & cerebrum ob inſignem neruorum communionem & halituum euapo- C rationē, grauiſſimè efficiatur. Quæ neruoſam diaphragmatis partem occupant vulnera lethalia ſunt, & quo viciniora eius centro, eò magis mortifera, quoniam ad perpetuum ſepti modum accedit, quod ſubſtantia neruea coaleſcere nequeat. Quamquā ſi ea nec magna ſint, nec pro-

fun-

funda, ſanari poſſunt, ſed rarò : nõ ſolùm A
ob perpetuum ſepti motum, nerueamq́;
eius ſubſtãtiam, ſed & ſymptomatum ſu-
peruenientium vehementiã : qualia ſunt
delirium, ſpiratio difficilis, itemq́; ob cu-
randi difficultatem. Signa, quibus dia-
phragma vulneratum eſſe cognoſcitur,
hæc ſunt: Ponderis ſenſus eo loci mole-
ſtus, delirium per neruorum, qui à ſexta B
coniugatione in diaphragma effundun- *Ariſtot. 3. de*
tur, ſympathiam, riſus ſardonius, teſte A- *part. anim.*
riſtotele, ſpiritus rarus, ſanguis ſpumans, *cap.* 10.
tuſſis & dolor acutus : ſurſum præcordia
& ilia conuelluntur, adeo vt inſpirationis
vehementia contingat aliquando ventri-
culum & inteſtina per vulnus in thoracis
capacitatem protrahi, quod ſe in duobus
obſeruaſſe ſcribit Ambr. Pareus. Horum
vnus latomus medium diaphragma, qua
parte neruoſum eſt, trãsfixus, triduò poſt
interiit. Diſſecto ventre inferiore, ventri- C
culum cum nõ reperit Pareus, rem mon-
ſtro ſimilem arbitratus eſt. Sed tandem
anxiè perquirens, raptum ipſum in tho-
racẽ animaduertit, etſi vulnus vix pollicẽ
fuerit latum. Fuerat verò vẽtriculus flatu
multo, pauco admodũ humore, diſtẽtus.

Digitized by Google

A Alteri Capitaneo glans manuario tormento emiſſa per ſterni fines iuxta xiphoidem cartilaginē ſubiens, diaphragmatis partem carneam transfodit, atque per interſtitium, quod quintæ & ſextæ coſtæ nothis interiacet, exceſſit. Vulnere parte externa cicatrice obducto, permanſit ipſius nihilominus vētriculi debilitas, ex quo inteſtinorum dolor colico ſimilis, ſub veſperum & de nocte præſertim pro-
B uenit, vt ea de cauſa, cœnare ipſe, niſi admodum parcè, non auſus fuerit. Sed octauo demum menſe, acriùs ſolito ſæuiente per imum ventrem dolore, è viuis exceſſit. Mortui cadauer diſſectum eſt, animaduerſumque magnam coli inteſtini partem, flatu multò turgidam, ipſi per diaphragmatis vulnus in thoracem irrupiſſe, vulneris tamen amplitudo vix minimi digiti capax fuerat. Huic rei non abſimilis eſt hiſtoria, quam D. Daniel Sen-
C nertus celebris in Academia Wittenbergenſi Medicinæ Profeſſor Inſtitutio. medic. lib. 2. par. 2. cap. 13. refert. Studioſus quidam melancholia laborans ſuo ſe gladio confodit. Ex vulnere tamen illo intra

men-

menſes duos ſanus euaſit. Verùm anno A
ſequenti iterum malè habere cœpit, vomuitq́ue per aliquot dies crebrò, primò quidem aquam & quicquid abſumpſiſſet cibi, poſtea viridia, tandem planè nigra, magna copia, & pòſt vltimum vomitum expirauit. Corpus apertũ eſt, deprehenſumq; vulnus per pulmonẽ & diaphragmatis nerueum circulũ penetraſſe. Pulmonis ferè nihil repertum, in ſiniſtro la- B
tere confoſſo, præter exiguam portiunculam, quæ ſupra coſtis adnata erat, cùm reliquum per vulnus cum pure exierit. Ventriculus totus aſcẽderat in ſiniſtrum thoracis latus, & cor cum capſula de ſua ſede depulerat in dextrum latus, vbi & viuus ille, ac poſt vulnus ſanitati reſtitutus, manu impoſita cordis palpitationem obſeruari iuſſerat. Hæc Sennertus. C

Vulnera VENARVM CRASSARVM & ARTERIARVM quales ſunt vena caua, magna arteria, grandes venæ atque arteriæ, circa fauces, in crure, in alis, in poplitibus, & quæ ad anum teſticuloſq; ducuntur (quæ omnes venæ & arteriæ παχεῖαι, id eſt, craſſæ appellantur ab

A Hippocrate, quod plurimum ſanguinē fundant) quemadmodum & Liebautius docet, neceſſariò ſunt lethalia: ob immoderatum ſanguinis profluuium, neruęam naturam, arteriarum motum, & ſitum ꝓfundiorem, ob quem nec medicamenta integris viribus eò perferri, nec venæ ligaturâ ſiſtendo ſanguini neceſſariâ cōſtringi, aut manibus tractari queunt. Venarū B verò minorum vulnera non ſunt vſque adeo lethalia, quod inde tanta ſanguinis profuſio fieri nequeat, quæ hominem vitali ſpiritu exhauriat. Adde quòd ſanguis qui paucus ex illis effluit celerrimè ac citra noxam in ſuperficie & oſculo vulneris concreſcit, cohibeat vlteriorē profuſionem: niſi forſan grumus ſanguinis malignitatem contrahat, ſæuaq; ſymptomata excitet, atq; ita mortē adferat. Grauiora C tamen multò ac periculoſiora ſunt arteriarum quàm venarū vulnera: non ſolùm quòd ſanguinis vitalis ac ſpirituoſi effuſio citiùs interimat, quàm ſanguinis naturalis: ſed etiam ꝙ arteriæ vulneratæ, multò ſunt curatu difficiliores, ob poſitum ipſarū magis reconditū, agitationemq; aſſiduam,

duam & ſubſtãtiam duriorem ex tunicis A
pluribus cõſolidatam. Accedit quod inciſâ arteriâ licet ſanguis ſupprimatur, aneuriſma aliis maius aliis minus ſuperuenire ſolet.

HEPATIS vulnera alia ſunt ſuperficiaria, alia profunda, alia lobos occupant. Superficiaria quæ ſumma parte ſunt inflicta, ſanari poſſunt. Profunda quæ hepatis portas, venas craſſas, aut concauam partem offendunt, nunquam ſanari poſſunt, & lethalia exiſtunt. Nam quæ ad partes, B
aut venas craſſas penetrant, aut quæ gibbum cauumq; diuidunt, vbi multarũ venarũ implexu, propria hepatis ſubſtantia concreto nuper ſanguini ſimilis circumfunditur, id efficiunt, vt profuſione ſanguinis exhalet prius anima, q̃ vulnus cõglutinari poſſit, quemadmodũ rectè ex Galeno cõmentatur Libautius. Septimò Epid. Hippocrates facit mẽtionẽ cuiusdã, qui iaculo trãsfixus, qua parte multas C
venas habet hepar, ſtatim euaſit cadaueri ſimilis & mortuus eſt. Quæ ſubſtantiam vulnerant, ideo lethalia ſunt, q; inde viſcus inflãmari, & abſceſſu facto exulcerari

A neceſſe ſit. Vnde cenſet Hippocrates per abſceſſus & vlcera hepatis omnes ſeruari, quibus iecur aduritur, ſi illæsâ ipſius ſubſtantiâ, pus intra tunicam tantùm contineatur: interire verò, quibus in carnem vſque iecoris corruptio peruadit. Lobos hepatis vulneribus ſublatos ſanari nõ poſſe, ſtatuit Galenus, illosq; qui profunda iecoris vulnera ſe curaſſe, aut fibras, id eſt, lobos, abſtuliſſe dicant, veritati non con-
B ſentanea dicere aſſerit. Hollerius verò etiam ſublatis fibris hepar ſanari poſſe, in cõmentariis, quæ in Hippocratis Aphoriſmos conſcripſit, affirmat. Bertinus lib. 15. cap. 7. Medicinæ, refert, ſe nouiſſe nobilem quendam, qui poſt inflictum circa hepatis regionem vulnus, & portione ex eiuſdem ſubſtantia abſciſſa & extracta, ſuperſtes & incolumis euaſerit. Cornelius
C Gemma de Hiſpano quodam lib. 1. cap. 6. Coſmoc. commemorat, eum magnam hepatis portiunculam per ilei dextri vulnus exſudantem, præter ſpem omnem, decoctis vulnerariis, ac manuali induſtria, ſaluum euaſiſſe. Guilhelmus Fabricius Hildanus, inſignis Chirurgus refert

Cent.

Cent.2. obſeru.34. hanc hiſtoriam. Hel- A
uetius quidam XXX. annorum ætatis, in conflictu quodam, gladio Heluetico è regione hepatis percuſſus fuit, maximumq; vulnus recepit. Sanguis copioſè effluxit, ita vt in deliquium animi incideret. Aduocato Chirurgo, cùm vulnus explorare, & medicaměta ad ſanguinem ſiſtendum imponere vellet, fruſtum hepatis ad oſtium vulneris ſeſe offerebat, quod cum forcipibus apprehendiſſet integrè, extra- B
xit. Ac quamuis ſæuiſſima ſuperuenirent ſymptomata, nihilominus tandem DEI beneficio optimè conualuit. Verùm ex communi ſententia aſſeritur, exiguum vulnus in fibris ſiue lobis hepatis, ſi ſit ſine corruptione ſubſtantiæ, ſanari poſſe: ſi verò accedat corruptio in hepate, & vlcus perpetuò deſtillans ob nutritionis defectum, & fœtidam exhalationē, corpus C
paulatim marceſcere, & tandem emori. Vbi jecur affectum eſt, inquit Galen. 5 de loc.affect. ob inediam moriuntur animalia: verùm per longa temporum ſpatia, in huiuſmodi affectibus vitam protrahere poſſunt. Signa vulnerati hepatis ſunt,

A multus ſub dextro hypochondrio profuſus ſanguis, ad ſpinam reducta præcordia, in ventrem cubandi procliuitas, punctiones, doloresq; vſq; ad jugulum, junctumq; ei latus, ſcapularũ os intentum: aliquando vomitusblioſus, caui oculi, facies cadaueroſa, anxius vitæ finis eodem die.

FELLIS VESICÆ vulnera, lethalia communiter ſtatuuntur, tum ob ſitum, tum ob ſubſtãtiam, tum ob excre-
B mentum, quod in ipſo continetur, non tamen ſubitò nocere, ſed poſt aliquod temporis ſpatium.

LIENIS vulnera quidã nullo modo lethalia eſſe pronuntiant, cùm eius vſum ad vitam non admodum neceſſarium exiſtiment. Plinius lib. 11. hiſtor. natural. cap. 37. ſcriptum reliquit, peculiare curſus impedimentum aliquando in liene eſſe, quamobrem inuri eum curſoribus. Aretæus, Haliabbas, Plautus, & plures
C alii hominem ad curſum magis aptum eſſe, cui lien extractus ſit, cenſuerunt, quemadmodum & Bertrinus in Medicina ſua refert. Sub Turcarum Imperatore integrum lienem quibusdam ex more

adhuc

adhuc auferri, ſunt qui pro certo affir- A
ment. Franc.Rouſſetus de par.cæſ. ſect.
4.cap.5. ſcribit, in quibusdam ſplenis parenchyma adeo abſumptum fuiſſe repertum, vt ſola cutis remanſerit. Ex communi tamen ſententia, ratione & experientia ſtabilita, lienis vulnera, cùm is munus habeat toti corpori apprimè vtile, ac prope neceſſarium, ſitque (vt nonnulli dixerunt) veluti alterum hepar, pericu-
loſa ſunt, non tamen æque vt hepatis ab- B
ſolutè lethalia. Si verò vulnera occupent lienem profundè, circa vaſa magna, neceſſariò inferunt mortem, propter hæmorrhagiam vehementem, quæ cùm remedia adhiberi nequeant, ſupprimi nequit.

RENVM vulnera alia eorum ſub-
ſtantiam occupant, alia ad ſinum pertin- C
gunt. Quæ eorum ſubſtantiam duntaxat occupant, lethalia quidem cenſentur, non tamen interimunt neceſſariò. Cornelius Gemma ſe vidiſſe ſcribit, quibus renum portiones ſatis effatu dignæ, tum per abſceſſus, tum per vulnera ſint ablatæ. Gabriel Fallopius ſe vidiſſe teſtatur:

renem

A renem ſiniſtrum pugione vulneratum ſanari. Idem cõprobat Dodonæus in Scholio ad cap. 32, obſeruat. ſuarum medicin. Foreſtus obſeru. medic. lib. 25. obſer. 20. & multi alii. Quæ ad renum ſinus pertingunt vulnera, ſi ſunt magna, neceſſariam & repentinam adferunt mortem. Parua quidem interdum ſanari contingit, ſed tamen plerunque mors ſuccedit. Sunt autem renum vulnera ideo lethalia, quod B multa vaſa contineant, perpetuum excrementorum illapſum excipiant, vſumque habeant vitæ conſeruandæ neceſſarium. Vulneratos renes eſſe inde cognoſcitur, quod (vt Celſus inquit) dolor ad inguina & teſticulos deſcendat, vrina difficulter reddatur, cruenta ſit, & tandem cum pure mixta.

VESICÆ vulnera Hippocrates lethalia C pronuntiat. Galenus id tantùm de illis, quæ magna ſunt, intelligendum putat. Verùm Recentiorum obſeruationes veſicæ vulnera etiam magna non raró ſanari teſtantur. Hiſtoriam memorandam Ioannes Kentmannus in libel. de calculis in humano corpore repertis cap. 11. commemo-

memorat, de Nobili quodã ex Marchia, A
nomine Conrado à Bernheim, cui, cùm
ſub Philippo Hiſpaniarum Rege, anno
1558. contra Regem Galliæ pugnante,
mereret, ab ictu bombardæ grauiter ve-
ſica læſa & vulnerata, ita vt nullus chirur-
gorum eius curam ſuſcipere auſus fuerit,
tandem is tamen, cùm per multas ſepti-
manas vrinam non per canalem ordina-
rium, ſed per vulnus emiſiſſet, ſingulari B
induſtria curatus fuit. Felix Platerus re-
fert de quodam ſatellite Regis Nauarræ,
qui cùm occurrenti tauro ſe opponeret,
ab eo cornibus petitus altero in pectine
circa regionem veſicæ intruſo penitus
transverſim perfoſſus fuerit, vt vrina in
lumborum regionem emanarit: conue-
nientibus tamen remediis ſanatus ſine o-
mni incõmodo poſtea diu ſupervixerit.
Ioannes Bauhinus Ducis Wirtenbergici C
Archiatrus ſcribit, cuidam in medio pu-
dendi canalis ſubortum fuiſſe ſcirrhum,
atque inde vrinam prorſus ſuppreſſam,
donec in inferiore inguinis parte ſuborta
fuerit inflãmatio, ad apoſtema tendens,
& eo aperto puris parum primùm efflu-
xiſſe,

A xiſſe, & deinde ſtatim vrinam ſubſequutum, eamque per illud vlcus citra vllum commodum fuiſſe emiſſam, vſque dum poſt annũ is alio morbo interierit. Idem confirmat frater eius Caſparus Bauhinus Profeſſor Academiæ Baſileenſis celeberrimus hiſtoriâ de piſcatore quodam ſarcite laborante, & tandem inde vrinæ ſuppreſſione miſerè afflicto, cui cùm lithotomus ſarcitem ferro auferre intenderet, B veſicam vulnerauit, vnde vrina maximo impetu proſiliit, ſubitoq; æger omni moleſtia liberatus eſt, ac poſtea vulnere ſanato, fiſtula tamen in inguinis regione relicta, per viam eam, non per meatum naturalem, vrinam emiſit, totumq; biennium alioquin incolumis ſupervixit. Sic quoq; Felix Wirtzius Chirurgus ſe quendam nautam Gripswaldenſem in Pomerania, C in veſica grauiter vulneratũ curaſſe ſcribit. Ad hęc lithotomos calculos ex veſica nõ ſine eius inſigni vulnere eximere, frequens experientia comprobat. Vt verò de his aliquid certi ſtatuatur, ſciendum, quod veſicæ (quæ pars eſt ratione officii ad vitam neceſſaria) vulnera non omnia

ſint

ſint lethalia, niſi ad vulneratam veſicam A
doloris acerbitas, inflammatio, & febris
continua accedant. Plurima verò eò vt
coaleſcant perduci nequeunt, nec tamen
lethalia ſunt. Quæ enim ad interiorem
vſque capacitatem, ipſius tunicâ totâ di-
uiſa perſectaq;, vulnere inſigni penetrãt,
vix ad ſanitatem perducuntur. Quæ circa
eius collum, ſanabilia ſunt, quia collum
carnoſum eſt, vt videre licet in ſectione B
calculi, modò ne vi hærens forcipibus e-
uellatur, indeque diſcindatur veſica, &
phlegmonem contrahat. Quod norunt
peritiores lithotomi, qui dum ex çollo
veſicæ calculum extrahere conantur, po-
tius vulnus magnum faciunt, quàm quod
digitis veſicam lacerent, quoniam qui la-
cerantur nunquam ſanantur, quod inde
inflammatio proueniat. Nulla autem in-
flammatio periculoſior & lethalior eſt,
inquit Hippocrates, quàm veſicæ. Signa C
vulneratæ veſicæ ſunt manifeſta læſio in
pube, aut circa ſedem illata, & vrinæ per
vulnus vel ſanguinis per meatum veſicæ
excretio.

VTERI vulnera quamuis periculo
non

A non vacent, cùm ſubſtantia eius ſit neruoſa, tamen non lethalia ſunt pronuntianda, ſed ſanabilia, vt Alexander Benedictus, Cornelius Gemma, Sennertus, & plures alii teſtãtur, qui viderunt eius portiones ſatis effatu dignas, tum per abſceſſus tum per vulnera citra vitæ diſpẽdium ablatas. Imò habentur exempla de vtero penitus execto.

OESOPHAGI vulnera, quæ magna B ſunt, inter exitialia atque inſanabilia numerari ſolent, tum ob cibi ac potus per eum tranſitum, qui ſanè agglutinationem prohibet, tum quod eiuſmodi vulnera duntaxat, vt Galenus ait lib. 6. meth. med. cõtactu medicamentorum à tranſitu fruantur: ſicuti & quæ in ore ſeu orificio ventriculi conſiſtunt, ſed & his quæ ori ventriculi inſident, ſenſus quoq; acumen ſanationi obſtat.

VENTRICVLI vulnera Hippo-C crates lethalia ſtatuit. Epidemiorũ ſexto cuidam iaculo ventriculus vulneratus eſt in profundum, qui mortuus eſt die ſeptimo. Galenus verò de iis dubitat, cùm quoſdam vulneratos aliquando, ſed tamen

men rarò perſanatos fuiſſe dicant. Confirmant id Recentiorum obſeruationes non paucæ. Chriſtophorus à Vega *in comment ad Hippocr. Aphor.* ſcribit,ſe nouiſſe chirurgum, qui curârit ſauciatum ventriculum,è quo nõ longè à cibo aſſumpto per vulnus chylus rejectus ſit. Fallopius abs ſe ſanata ventriculi vulnera dicit,è quibus chylus & cibus egreſſi fuerint Iacobus Oethæus *Lib. obſeru. propr.* duorum chirurgorum mentionem facit,qui ſtomachum à dextro latere perforatũ, vnà cum exteriore cute,vna eademq; ſutura colligarunt,fortiter ægro perferente illam operationem,doloris periculique plenam,& integræ ſanitati reſtituerunt. Admirandam hiſtoriam adducit Matth. Cornax in Epiſt. reſponſoria ad D. Ægid. Hertogh. Medic. his verbis: *In Bohemia*, (inquit) *ruſticus quidam à venatione ictus eſt venabulo lato in ſtomachum, ſub καρδίῳ ſeu eius orificio. Vulnus hoc lethale & amplum, nulli arte vel conſilio ſolidari potuit, paulatim vero labia vulneris tractu temporis occalluere, ita vt vulneratus per annos complures ſuperuixerit. Hic vero tandem ſecundum artem inſtrumentum quoddam vulneri applicauit, interdum trapis & panniculis lineis hiatum*

AA *vul-*

dum ventriculi vulnera attingunt, minus habent periculi, cùm carnoſum id ſit, & potiones eò perueniant promptius. At quæ in neruoſo ventriculi orificio vulnera fiunt, præcipuè ſi inſignia ſunt, pro abſolutè lethalibus habentur, neceſſarioq; mortem inferunt, nõ tantùm ob remediorum difficilem admotionem, ac naturam exanguem, ſed & ob partis præſtantiam, habentibus conſenſum cum corde & cerebro. Beniuenius de abditis cap. 110. ſcribit, ſe nouiſſe fullonem quendam, qui vnico pugno ſtomacho cuiuſdam juuenis violentius impetito, hominem interemit. Quæ in altero ventriculi orificio accidunt, à pleriſque quoque neceſſariò lethalia ſtatuuntur. Ventriculum vulneratum eſſe inde cognoſcitur, quod cibus ac potus aſſumptus per vulnus erumpat. A B

INTESTINORVM vulnera plerunque grauia & periculoſa eſſe ſolent, nonnunquam lethalia, frequenter quoq; vt curentur contingit. Valeriola lib. 2. obſeru 8. de adoleſcente quodam 18. annorũ ſcribit, qui vulnere in ventre accepto ſub ſiniſtro hypochondrio, inteſtiniſq; tum tenuibus tum craſſis vulneratis, magnis ſubſequenti- C

bus torminibus, ſingultu, animi defectioni-
A bus tandem vndecimo die mortuus eſt: & rurſus obſeru. 9. de alio ſecundum ventrem vulnerato, vulnere ad inteſtina penetrante, qui quinto die occubuit. Beniuenius de muliere quadam cõmemorat, quæ cùm ei poſt atrociſſimos dolores à flatibus in ventre cõcluſis inteſtinum ſciſſum eſt, vitam finiit: & de ruſtico quodam mortuo ex fiſſura, poſt longas torſiones & ventris diuturnas inflam-
B mationes, in inteſtino orta. Contrarium quoq; quæ demonſtrant non paucæ occurrunt obſeruationes. Albucaſis lib.2.cap.58. ſcribit, ſe pręter ſpem curâſſe ventris vulnus, ex quo alui excrementa & flatus prodierunt, quod certiſſimum vulneratorum inteſtinorum indicium fuit. Pareus lib.9.cap.33. multos ſe curâſſe gloriatur, quibus vulnera per medium corpus penetrarũt: quondam Me-
C loduni curauit ex vulnere enſe inflicto, & totum corpus ſic transfodiente, vt vulneratis inteſtinis, magna fæcum copia dum curatus fuit, per vulnus eruperit: item nobilẽ quendam Lutetianum, cui enſe medium corpus transfixum fuerat, ſicut per multos dies ſanguis multus ei per os & anum manârit, certiſſi-

tiſſimum quoque vulneratorum inteſtinorum indicium. Idem confirmant & inteſtinorum vulnera curata eſſe teſtantur Hollerius comm ad aphor. Hippocr. & obſeru. 17. libel. proprio. Vidus Vidius commen. in lib. Hippoc. de vulner. capitis. Cornelius Gemma lib. 1. cap. 6. Coſmocrit. Iacobus Seidel. in obſeruation. per Scholtzium Schenckio communicatis, & plures alii. Verùm certi quid de inteſtinorum vulneribus ſtatuitur hoc pacto. Inteſtinorum vulnera periculoſa ſunt, & plerunq; aut ſæpe lethalia, quod ſubſtantiâ ſint neruoſâ & exangui, per eáque vitioſarum ac ſuperuacanearũ humiditatum tranſitus fiat: adde quod earum vſus perpetuò vitæ conſeruandæ non ſolùm vtilis ſed & neceſſarius ſit: ad hæc medicamenta his locis penitioribus non poſſunt commodè admoueri. Non tamen pari gradu periculoſa exiſtunt & lethalia, ſed diuerſo admodum modo. Nam tenuium inteſtinorum vulnera magis lethalia ſunt & periculoſiora illis, quæ in craſſis eueniunt: maximè verò jejuni, ex Galeni & Pauli Æginetæ ſententia, ob vaſorum magnitudinem, tunicæ tenuitatem, nerueam naturã, jecoris viciniam, bilis ſuſ-

A B C

ceptionem & curandi difficultatem: quam-
A uis id tamē vulneratum̄ ſanari viſum ſit, vulnere præſertim ſumma parte accepto. Craſſorum inteſtinorum vulnera, cœci, coli, recti, quia magis carnoſa ſunt, facilior eſt curatio, niſi phlegmone & ileus ſuperueniant. Vbi tamen magna vulnera ſunt, dimittuntq; per os vulneris alimentum aut excrementum, & per transverſum inflicta ſunt, plerunque lethalia exiſtunt: quod labra per ſe
B diſſideant, & continuo vitioſarum humiditatum tranſitu disjungantur, nec remedia conuenienter admittant. Cùm verò parua & recta ſunt, minus lethalia; quia propiores oræ & prope cohærentes facilius concreſcũt & glutinantur. Etenim vt videre licet in externis vulneribus, recta diuiſio, multò celerius coit, transverſa tardiùs. Inteſtina vulnerata eſſe ex excrementis per vulnus exeunti-
C bus cognoſcitur.

OMENTI vulnera lethalia non ſunt. Contingit enim ſæpe, eius portiones in vulneribus ventris, cùm egreſſæ pauco admodum temporis ſpatio putreſcant, & liuidæ fiant, abſcindi, citra vitę periculum. Galenus (lib. 4. de vſu part. cap. 9.) cuidam gladiatori
in

in abdomine vulnerato totũ ferè omentum abſcidit, qui quidem confeſtim fuit ſanatus, A niſi quod poſtea ab externa frigiditate facilè læſus fuerit, vt ſuſtinere nõ potuerit nudum habere ventrem, ſed eum lanis aſſiduè obuolutum.

PERITONÆI vulnera mortem nõ inferunt, cùm & id ſæpe vulnerari citra vitæ periculum contingat, quemadmodum in herniis aliiſque affectibus apparet: & in magnis ventris vulneribus, vbi inteſtina prolapſa nonnunquam in ventrem reponere neceſſitas requirit. B

Atque hæ ſunt præcipuæ partes, quarum vulnera potiſſimùm conſiderari ſolent. Cæterarum partium vulnera adeò periculoſa & lethalia non ſunt, ſed plerumque ſanabilia, magiſque carnoſarum quam neruoſarum. In his enim quæ fiunt periculoſiora ſunt quã quæ in illis: propter dolores, conuulſiones, C & alia, quæ ſuperuenire ſolent, accidentia. His igitur diligenter perpenſis, vulnerum videlicet magnitudine, & partium in quibus conſiſtunt conditione, prudens Medicus, quæ vulnera lethalia aut ſanabilia, & qua ratione lethalia, num neceſſariò vel magna ex parte

parte ſint, rectè decernere, & pronuntiare
A poterit. Id autem tutius & conuenientius præſtabit, ſi primò vulneratum inuiſerit, & vulnus diligenter accurateq; inſpexerit: deinde vulnus nomine expreſſo ac proprio vnà cum affecto loco expreſſerit: poſtea quid de eo ſtatuendum, indicarit: tandem ſuæ cenſuræ & iudicii à ſe lati rationes adiecerit. Præ omnibus autem id ſibi firmiter propoſitum habeat, nõ nimium hac in re properandum
B eſſe, ſed omnia maturè, prudenter & circumſpectè definienda, cùm in eo propria conſcientia, vulnerati & vulnerantis vita, jus, honor, & ſummum periclitatur commodum.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google